

ARTICULI  
SANCITORUM

EX APOSTOLICIS CONCILIIS  
ET SACRIS

Ad Iohannem Baptistam

---

In Typographia  
Alme Rodenis Hieropolitana, ann. 1794.

## APRILIS.

- Fer. ii.** { post Dominicam in Albis, **S. VINCENTII FERRARII Confes.**  
dup. 1. clas. cum Octava, fol. 1.
- Die 23.** { **S. GEORGII Mart.** dup. majus,  
fol. 20.
- Die 24.** { **S. BONI LATRONIS,** dup. fol. 24.

## M A J U S.

- Dom. ii.** { **Festum B. M. V. DESERTORUM,**  
dup. maj. in Diocesi Valentina,  
& in Civitate 2. clas. fol. 34.
- Die 17.** { **Festum S. PASCHALIS BAYLON,**  
dup. 2. clas. fol. 64.
- Dom. iii.** { post Pentecosten, **Festum PATROCINII S. JOSEPH,** dup. 2. clas.  
fol. 64.

A P R I L I S

fol. 11. } post Dominicam in Altis, s. VIN-  
 GENTII. MARRIALI. Conde.  
 fol. 1. } clas. cum Observ. fol. 1.  
 Die 23. } GREGORII. MARE. deq. magis.  
 Die 24. } CAROLINI. ALEXANDRI. deq. fol. 24.

M A I J U S

fol. 11. } Titulus de M. de M. de M. de M.  
 } deq. in Thesaur. Valentinus.  
 } clas. 2. clas. 2. fol. 24.  
 Die 17. } Titulus de P. de P. de P. de P.  
 } deq. deq. deq. deq.  
 fol. 11. } Titulus de I. de I. de I. de I.  
 } clas. 2. clas. 2. clas. 2. clas. 2.  
 fol. 64.

FERIA SECUNDA POST DOMINICAM  
IN ALBIS.

**S. VINCENTII  
FERRARII  
CONFESSORIS.**

*Duplex 1. classis cum Octava.*

AD VESPERAS.

*Añã.* Indúlsit Deus, **cum**  
**reliquis de Laudibus.** 16.

*Psalm.* Dixit Dóminus,  
**cum reliquis, ut in pri-**  
**mis Vesperis S. Vincentij**  
**Mart.** 3.

*Capitulum.* *Ephes.* 3. d.

**M**Ihi ómnium sanctô-  
rum minimo data  
est grátia hæc, in Génti-  
bus euangelizâre investi-  
gâbiles divítias Christi, &  
illuminâre omnes, quæ sit  
dispensátio sacraménti ab-  
scónditi à sæculis in Deo.

*Hymnus.*

**A**Lme Vincénti, ve-  
neránda cujus

Hæc dies valdè cólitur  
per orbem.

Quas tibi cantat chorus  
hic fidelis,

Accipe láudes.

**E**n adhuc matris récu-  
bans in alvo,

Signa jam terris dare san-  
ctitátis

Coeperas, natus nova lux  
fuísti:

Spléndida mundo.

**N**amque mox annis té-  
neris peráctis,

Prædicatôrum sítiens adísti  
Ordinem, servans docu-  
ménta patrum

Corde seníli.

**T**actus è cælis óperam  
dedísti

A

Lít-

Litteris sacris utriusque legis,

Quas docens, veræ fidei replésti

Lumine mundum.

**A**ngelus nobis célebris fuísti

Ille, qui cæli médium volâbat,

Núntians línguis, populísque cunctis

Júdicis horam.

**S**it salus illi, decus atque virtus,

Qui super cæli sólio corúscans

Tótius mundi seriem gubernat

Trinus & Unus. Amen.

**γ.** Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, allelúia. **ϣ.** Stolam glóriæ induit eum, allelúia.

**Ad Magnificat, Aña.**

Hic est fratrum amátor, & pópuli nostri: hic est, qui multum orat pro pópulo, & univérſa civitate nostra beátus Vincéntius Confessor Dómini, allelúia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui infidélium multitudinem mirabéati Vincéntii Confessoris tui prædicatióne ad agnitióne[m] tui nóminis venire tribuísti; præsta quæsumus, ut quem ventúrum júdicem nuntiâvit in terris, remuneratórem habere mereâmur in cælis Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat.

**Et fit commemoratio Dominicæ in Albis.**

**Aña.** Post dies octo januis clausis ingressus Dóminus dixit eis: Pax vobis, allelúia, allelúia.

**γ.** Mane nobiscum Dómine, allelúia. **ϣ.** Quóniam advesperáscit, allelúia.

**Oratio.**

**P**Ræsta quæsumus omnipotens Deus: ut qui Paschália festa perégimus; hæc, te largiént-

giēte , móribus & vita  
teneámus. Per Dóminum  
nostrum.

*Ad Matutinum, Invitat.*

Regem Confessórum Dó-  
minum , \* Veníte ado-  
rémus , allelúia. *Psalmus.*

Veníte exultémus. *ut in*  
*Offic. S. Vincent. Mart. 12.*

*Hymnus.*

**L**uce doctrinæ rúti-  
lans serénæ,  
Ambitum terræ , pelagî-  
que lustrat,  
Semper ardēti resonán-  
do sacrum,

Pectôre verbum.

**O**re cū sanctè pópulos  
docéret,

Dicta post signis váriis  
probábat,

Lánguidis reddens cruce  
sanitátis

Robora membris.

**D**æmonum sævos répri-  
mit furóres,

Pellit & morbos Dómi-  
num precátus,

Mórtuos mirè révocans  
in auras

Lucis amoenas.

**C**ujus instrúcti mónitis  
Hebræi,

Unà cum Máuris , véteri  
relieto

More , divinis renován-  
tur undis,

Mente fidéli.

**S**it salus illi , decus , at-  
que virtus,

Qui super cæli solio co-  
rúscans

Tótius mundi sériem gu-  
bérnat

Trinus & Unus. Amen.

*In primo Nocturno.*

**A**ña. Plantátus secùs de-  
cúrsus aquârum Vincén-  
tius fructum suum dedit  
in témpore suo , allelúia.

*Psalmus I*

**B**Eátus vir , qui non  
ábiit in consilio im-  
piôrum , & in via pecca-  
tôrum non stetit , \* & in  
cáthedra pestiléntiæ non  
sedit :

**S**ed in lege Dómini vo-  
luntas ejus , \* & in lege  
ejus meditábitur die ac  
nocte.

**E**t erit tamquam lignum,

A 2

quod

quod plantatum est secus  
decursus aquarum, \* quod  
fructum suum dabit in  
tempore suo :

**E**t folium ejus non de-  
fluet : \* & omnia quæ-  
cumque faciet prospera-  
buntur.

**N**on sic impii, non sic : \*  
sed tamquam pulvis, quem  
projicit ventus à facie  
terræ.

**I**deò non resurgent im-  
pii in judicio : \* neque  
peccatores in consilio ju-  
storum.

**Q**uoniam novit Dómi-  
nus viam justorum : \* &  
iter impiorum peribit.

### Psalmus 2.

**Q**uare fremuerunt  
gentes, \* & pó-  
puli meditati sunt  
inania?

**A**stiterunt reges terræ,  
& principes convenerunt  
in unum \* adversus Dó-  
minum, & adversus Chri-  
stum ejus.

**D**irumpamus vincula eò-

rum : \* & projiciamus à  
nobis jugum ipsorum.

**Q**ui habitat in cælis, ir-  
ridet eos : \* & Dómi-  
nus subsannabit eos.

**T**unc loquetur ad eos in  
ira sua, \* & in furore suo  
conturbabit eos.

**E**go autem constitutus  
sum Rex ab eo super  
Sion montem sanctum e-  
jus, \* prædicans præcé-  
ptum ejus.

**D**ominus dixit ad me : \*  
Filius meus es tu, ego  
hodie genui te.

**P**ostula à me, & dabo  
tibi gentes hereditatem  
tuam, \* & possessionem  
tuam terminos terræ.

**R**eges eos in virga fer-  
rea, \* & tamquam vas  
figuli confringes eos.

**E**t nunc reges intelligite:  
\* erudimini qui iudicatis  
terram.

**S**ervite Dómino in timò-  
re : \* & exultate ei cum  
tremore.

**A**pprehendite discipli-  
nam, nequando irascatur  
Dó-

Dóminus, \* & pereâtis de via justa.

Cùm exârserit in brevi ira ejus, \* beâti omnes qui confidunt in eo.

**Psálmus 3.**

**D**omine, quid multiplicâti sunt qui tribulant me? \* multi insurgunt advérsùm me.

**M**ulti dicunt animæ meæ: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

**T**u autem Dómine susceptor meus es, \* glória mea, & exáltans caput meum.

**V**oce mea ad Dóminum clamávi: \* & exaudívit me de monte sancto suo.

**E**go dormívi, & sóporâtus sum: \* & exurrexi, quia Dóminus suscepit me.

**N**on timêbo míllia pópuli circumdántis me: \* exúrge Dómine, salvum me fac Deus meus.

**Q**uóniam tu percussísti omnes adversâtes mihi

sine causa: \* dentes peccatórum contrivísti.

**D**ómini est salus: \* & super pópulum tuum benedíctio tua.

**Añã.** Plantâtus secùs decûrsus aquârum Vincéntius fructum suum dedit in témpore suo, allelúia.

**ÿ.** Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, allelúia.

**R.** Stolum glóriæ induit eum, allelúia.

**P**ater noster. **Absolutio.** Exáudi Dómine.

**ÿ.** Jube domne.

**Benedíctio.** Benedíctiõe perpétua.

De libro Ecclesiástici.

**Lectio i. cap. 39. a.**

**S**apiéntiam ómnium antiquórum exquîret sapiens, & in prophétis vacâbit. Narratiõnem virórum nominatórum conservâbit, & in versutias parabolârum simul introíbit. Occúlta proverbiorum exquîret, & in absconditis parabolârum con-

ver-



versabitur. In medio magna orum ministrabit, & in conspectu præsidis apparêbit. In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentabit.

*R.* Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucêbat: quasi sol refulgens, \* Sic ille effulsit in templo Dei, allelúia. *Ps.* Quasi arcus fulgens inter nebulas glóriæ. Sic. *Benedictio.* Unigenitus Dei.

### Lectio ii.

**C**OR suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replêbit illum: & ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in

oratione confitebitur Domino: & ipse diriget consilium ejus, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

*R.* Vidi Angelum habentem Euangelium ætérnum dicentem magna voce: Time Deum, & date illi honorem: \* Quia venit hora iudicii ejus, allelúia.

*Ps.* Adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. Quia venit. *Benedictio.* Spiritus Sancti.

### Lectio iii.

**I**PSE palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in sæculum non delébitur. Non recêdet memôria ejus, & nomen ejus requirêtur à generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclésia.

*R.* Christum tota mente

se-

secutus, terrēna despexit:

\* Qui veritatem in prædicatione fecit conspicuam, alleluia. ✠. Cantabiles illi erant justificationes Domini in loco peregrinationis ejus. Qui veritatem in prædicatione.

**G**loria Patri. Qui veritatem in prædicatione fecit.

**In secundo Nocturno.**

**Añā.** Mirificavit Dominus sanctum suum, & Dominus exaudivit eum, allel.

**Psalm. 4.**

**C**um invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ: \* in tribulatione dilatasti mihi.

**M**iserere mei, \* & exaudi orationem meam.

**F**ilii hominum usquequò gravi corde? \* ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

**E**t scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: \* Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

**I**rascimini, & nolite peccare: \* quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

**S**acrificâte sacrificium justitiæ, & sperate in Domino: \* Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

**S**ignatum est super nos lumen vultus tui Domine: \* dedisti lætitiā in corde meo.

**A** fructu frumenti, vini, & olei sui \* multiplicati sunt.

**I**n pace in idipsum \* dormiam, & requiescam;

**Q**uoniam tu Domine singulariter in spe \* constituisti me.

**Psalm. 5.**

**V**erba mea auribus percipe Domine, \* intellige clamorem meum.

**I**ntende voci orationis meæ, \* Rex meus & Deus meus.

**Q**uoniam ad te orabo: \* Domine manè exaudies vocem meam.

**Ma-**

**M**anè astábo tibi & vidêbo: \* quóniam non Deus volens iniquitâtem tu es.

**N**eque habitâbit juxta te malignus; \* neque permanébunt injùsti ante oculos tuos.

**O**disti omnes, qui operantur iniquitâtem: \* perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

**V**irum sanguinum & dolôsimum abominábitur Dóminus: \* ego autem in multítudine misericórdiæ tuæ.

**I**ntroíbo in domum tuam: \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

**D**ómine deduc me in justítia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspèctu tuo viam meam.

**Q**uóniam non est in ore eórum véritas: \* cor eórum vanum est.

**S**epúlchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolosé agébant, \* júdica illos Deus.

**D**écidant à cogitatiônibus suis, secundùm multítudinem impietâti eórum expélle eos, \* quóniam irritavérunt te Dómine.

**E**t læténtur omnes, qui sperant in te, \* in ætérnum exultábunt, & habitâbis in eis.

**E**t gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, \* quóniam tu benedíces justo.

**D**ómine, ut scuto bonæ voluntâti tuæ, \* coronâsti nos.

**Psalmus 8.**

**D**omine Dóminus noster, \* quám admirábile est nomen tuum in univérsta terra!

**Q**uóniam elevâta est magnificéntia tua \* super cælos.

**E**x ore infántium & lacténtium perfecisti laudem propter inimicos tuos, \* ut déstruas inimicum & ultórem.

**Q**uóniam vidêbo cælos tuos ópera digitórum tuórum:

rum : \* lunam & stellas,  
quæ tu fundásti.

Quid est homo , quòd  
memor es ejus? \* aut fí-  
lius hóminis , quóniam  
vísitas eum?

Minuísti eum paulò mi-  
nùs ab Angelis , glória &  
honóre coronásti eum : \*  
& constituísti eum super  
ópera mánuum tuârum.

Omnia subjecísti sub pé-  
dibus ejus , \* oves & bo-  
ves univérsas : ínsuper &  
pécora campi.

Vólucres cæli , & pisces  
maris , \* qui perámbu-  
lant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster,  
\* quàm admirábile est  
nomen tuum in univér-  
sa terra!

Añã. Mirificávit Dóminus  
sanctum suum , & Dómi-  
nus exaudívit eum , alle-  
lúia. *ψ*. Os justi meditá-  
bitur sapiéntiam , allelúia.

*℣*. Et lingua ejus loquê-  
tur júdicium , allelúia.

Pater noster. **Absolutio.**  
Ipsius píetas. *ψ*. Jube

domine. **Benedictio.** Deus  
Pater.

**Lectio iv.**

**V**Incéntius Valéntiæ,  
quæ in Hispânia  
provincia Tarraconénsi  
urbs est claríssima , ho-  
néstis paréntibus ex pro-  
génie Ferrariórum ortus,  
cúm futúrx suæ sanctitá-  
tis osténta quædam , quæ  
ómnibus admiratiónem  
movérunt , ántequam in  
lucem ederêtur , præmon-  
strásset : ipso ætátis suæ  
exórdio se divinârum re-  
rum stúdiis statim addixit,  
& annum agens décimum  
octâvum , ordinis Prædi-  
catórum Religiónem in-  
gréssus est. Cujus régu-  
lam proféssus , Illérdam  
Hispânia civitâtem non  
multò post stúdií grátia  
missus , doctoris Theo-  
lógi insígnia est adéptus.  
Post verò ad prædicatió-  
nis munus sese convér-  
tens , velut strénuus qui-  
dam Christi athlêta contra  
Judæórum , & Agarenô-  
rum

B

rum

rum errores acerrimè invehebatur : & omnes à vitiis deterrere , & ad bonum hortari , extremo ac universali iudicio ante mentis oculos posito , assidue solèbat. Ultimi enim tremendique iudicii diem, velut alter ille Angelus per medium cæli volans , sedentibus super terram , in omnem gentem , tribum , linguam , & populum virtute magna prædicabat.

**R.** Gloriosum fecit Deus Vincéntium in conspectu regum , & iussa dedit illi ad populum suum. \* In fide quoque & lenitate ipsius sanctum fecit illum, alleluia. **ψ.** Dedit illi coram præcepta , & legem vitæ , & disciplinæ. In fide. **Benedictio.** Christus perpétuæ.

### Lectio v.

**M**ultas igitur Hispaniæ , Galliæ , & Italiæ provincias , quasi novum quoddam sidus

perlustrans , multorum corda , depulsis tenebris, cælesti splendore illustravit , ac Judæorum simul & Agarenorum innumeram propè multitudinem ad Christi fidem convertit. Cujus tanta erat ad attrahendos etiam repugnantes auctoritas , ut multos ad terrenarum rerum contemptum , & cælestium amorem facile divina virtute inflammaret. Quotidie peracta Missa sacras ad populum conciones habebat : quotidie, nisi urgèret necessitas , jejunabat ; omnibus pie & ultrò consulèbat : carniæ esu abstinuit , lineam vestem non induit , castissimis decoratus moribus semper vixit : populos magnis de rebus inter se contendentes conciliavit. Cùmque inter Ecclesiæ primates de summi Pontificis electione eo tempore minimè conveniret , sedulam atque etiam utilem ope-

óperam , ea , qua apud illos valêbat , auctoritâte, ut res ad consensum revo- carêtur , adhûbit. Dêni- que in sedândis Principum & populôrum dissidiis, ejus semper senténtia præ- valêbat.

*R.* In omni ópere dedit confessiônem sancto & ex- cêlso in verbo glóriæ. \* De omni corde suo lau- dâvit Dóminum , allelú- ia. *V.* Diléxit Deum, qui fecit illum : & dedit illi contrâ inimicos potén- tiam. De omni. **Benedi- ctio.** Ignem sui.

**Lectio vi.**

**C**Ujus sanctitâtem in- signi etiam miracu- lôrum operatiône Deus testâtam esse voluit. Per ipsum enim divína virtus ad confirmândam ejus prædicatiônem , & vitæ probitâtem , tam per ma- nus ipsius impositiônem, quàm reliquiârum & ve- stium ejus contactum mi-

râcula multa operâta est: ut spíritus inmúndos eje- cerit , surdis auditum , & mutis sermônem restitué- rit , cæcos illumináverit, leprósos mundáverit , & mórtuos étiam suscitâve- rit. Cujus tanta fuit ánimi integritas , córporis mun- dítia , morum rectitúdo, cómitas étiam erga om- nes & cleméntia , ut eum multi vitæ magistrum sibi delígerent , & per civitá- tes & loca magno afféctu sequeréntur. Tandem in Británniæ civitâte Vene- ténsi , post vitam sanctís- simè actam , annum agens supra septuagésimum, mortem felicissimè obiit, Nonis Aprilis , anno Dó- mini millésimo quadrin- gentésimo décimo octávo, Quem Calístus Tertius, Póntifex Máximus , ca- tálogo Sanctôrum adscri- psit.

*R.* Spérans in Dómino, operâtus est bonum , \* Et auctus est divítiis largitâ-

tis Dei, allelúia. **✠** Delectabâtur in Dómino, & dedit illi Dóminus petitiónes cordis ejus. Et auctus. **G**lória Patri. Et auctus est.

**In tertio Nocturno.**

**Añã.** Qui ingreditur sine mácula, & operâtur justitiam, requiescet in monte sancto Dómini, allelúia.

**Psalmus 14.**

**D**omine, quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

**Q**ui ingreditur sine mácula, \* & operâtur justitiam:

**Q**ui lóquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua:

**N**ec fecit próximo suo malum, \* & opprobrium non accêpit advérsus próximos suos.

**A**d níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus: \* tímèntes autem

Dóminum gloríficat:

**Q**ui jurat próximo suo, & non decipit, \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & munera super innocéntem non accêpit.

**Q**ui facit hæc, \* non movébitur in ætérnum.

**Psalmus 20.**

**D**omine in virtute tua lætâbitur rex: \* & super salutáre tuum exultâbit vehementer.

**D**esidérium cordis ejus tribuísti ei: \* & voluntate labiôrum ejus non fraudásti eum.

**Q**uóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcedinis: \* posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiôso.

**V**itam pétiit à te: \* & tribuísti ei longitúdinem diêrum in sæculum, & in sæculum sæculi.

**M**agna est glória ejus in salutári tuo: \* glóriam & magnum decôrem impo-

pones super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiōnem in sæculum sæculi : \* lætificabis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino : \* & in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimicis tuis : \* dextera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui : \* Dóminus in ira sua conturbábit eos , & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes : \* & semen eórum à filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : \* cogitavérunt consília , quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum : \* in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in vir-

tute tua : \* cantábimus & psallémus virtutes tuas.

Psalmus 23.

**D**omini est terra , & plenitúdo ejus ; \* orbis terrárum , & universi , qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : \* & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus & mundo corde , \* qui non acépit in vano ánimam suam , nec jurávit in dolo próximo suo :

Hic accípiet benedictiōnem à Dómino , \* & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum , \* quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attólite portas príncipes vestras , & elevámini portæ æternáles : \* & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ?

\* Dó-



\* Dóminus fortis & potens : Dóminus potens in prælio.

**A**ttóllite portas príncipes vestras , & elevámini portæ æternáles : \* & introibit Rex glóriæ.

**Q**uis est iste Rex glóriæ?

\* Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

**Añã.** Qui ingreditur sine mácula , & operátur justítiam , requiescet in monte sancto Dómini , allelúia.

**ÿ.** Lex Dei ejus in corde ipsíus , allelúia. **R.** Et non supplantabúntur gressus ejus , allelúia. **P**ater noster. **Absolutio.** A vinctulis. **ÿ.** Jube domne.

**Benedictio.** Euangélica léctio.

Léctio S. Euangélii secundum Matthæum.

**Lectio vii. cap. 5. b.**

**I**N illo témpore : Dixit Jesus discípu-  
lis suis : Vos estis sal terræ. Quòd si sal evanúerit , in quo

saliêtur ? Et réliqua.

Homília sancti Joánnis Chrysóstomi.

*Homilia 15. in Matth. sub medium.*

**V**Ides quemádmó-  
dum paulátim étiam prophétis discípu-  
los meliôres esse patefécerit. Non enim illos fílios vé-  
teris testamenti , neque mediôces ponit magístros : sed sevéros quosdam , at-  
que terríbiles. Hoc est enim omnínò mirábile , quod non adulántes , ne-  
que palpántes : sed è di-  
vêrso salis instar uréntes ferè ómnibus se tam desi-  
derábiles reddidérunt. No-  
líte ergo (inquit) mirári , si álios omíttens , vos po-  
tíssimum dóceo , atque ad perícula tanta succíngo. Consideráte quippe quan-  
tis úrbibus , quantisque pópulis vos sim missúrus magístros. Proptérea non vos tantúmmodò volo esse sapiéntes : sed ut tales fa-

faciatis & ceteros. Hujusmodi autem magistros, in quibus certe tantorum periclitatur salus, maxima decet pollere prudentia, tantasque illis virtutum adesse divitias, ut aliis quoque utilitatem aedificationis impertiant.

*R.* Mansueti hereditabunt terram, \* Et delectabuntur in multitudinem pacis, alleluia. *Ps.* Novit Dominus dies immaculatorum, & hereditas eorum in aeternum erit. Et delectabuntur. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

**Lectio viii.**

**N**olite de difficultate conquiri, quasi qui doctrinam meam molestam esse dicatis. Infatuatis enim, conculcatisque populis, per vos ad sapientiam redire possibile est: si vero id etiam patiamini vos ipsi, vobiscum perdētis & reliquos. Itaque quanto etiam ma-

jorum vobis rerum cura committitur, tanto potiore indigetis & studio. Propter quod intulit: Si autem sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Alii enim etiam si saepe delinquant, possunt tamen ad veniam pervenire: si vero hoc magister ipse patiatur, omni satisfactione privabitur, & supplicia extrema persolvat.

*R.* Expectavit Dominum, & custodivit viam ejus, \* Et exaltatus est, ut hereditate capiat terram, alleluia. *Ps.* Custodivit innocentiam, & vidit aequitatem. Et exaltatus est. **Gloria Patri.** Et exaltatus est. **Benedictio.** Ad societatem.

**Lectio ix.**

**N**E vero audientes: Cum maledixerint vobis homines, & perse-

cu-

cúti vos fúerint , & díxerint omne malum advérsus vos , in medium prodíre formídent, dicit: Quóniam nisi ad ista fúeritis paráti , frustra etiam prodítis in públicum. Non enim vos opórtet maledícta hóminum timére , sed láudes , quas si audíre cupiátis , tunc verè infatuándi estis atque calcándi. Si verò perseverábitis, vosmetípsos úndique castigántes , & deínde audieritis mala , gaudête. Hoc enim est opus salis , laxa quæque úrere , atquè restringere. Itaque jam necessaria subsequitur maledíctio , nihil vobis prorsus incommodans , immò étiam testimónium vestræ pérhibens firmitatis.

**T**e Deum laudámus , *ut in S. Vincent. Mart. 29.*

**A D L A U D E S**

*& per Horas.*

*Antiphona.*

**I**ndúlsit Deus Vincéntium mundo , ut in

terris esset exémplo , & in cælis patrocínio , allelúia. *Psalm. Dóminus regnâvit , cum reliquis ut in Laud. S. Vincentii Mart. 30.*

*Añã.* Agêbat in terris, nihil terrêna sapiens : cujus conversatio erat in cælis , allelúia.

*Añã.* Pulchri & speciósi erant Vincéntii pedes ad euangelizándum pacem, ad euangelizándum bona, allelúia.

*Añã.* Suave fuit illi jugum Christi , & ad fidem latè propagándam onus leve, allelúia.

*Añã.* Ad consórtium ascítus est Angelórum , qui puritáte enituit , & castitáte præfulsit , allelúia.

*Capitulum. Ephes. 3. b.*

**M**Ihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia hæc , in géntibus euangelizâre investigábiles divítias Christi , & illuminâre omnes , quæ sit

sit dispensatio sacramenti  
abscónditi à sæculis in  
Deo.

**Hymnus.**

**S**Idus extrémæ Vene-  
ténsis oræ,  
Et Valentínæ decus ur-  
bis almæ,  
Ordinis sacri fuit, atquè  
sæcli

Glória nostri.

**S**igna quæ multis patu-  
re terris,  
Hunc probant amplis mé-  
ritis refértum,  
Ac viris celsis fore com-  
parándum

Témporis acti.

**I**nde post claræ monu-  
ménta vitæ  
Ad poli regnum, supe-  
rásque sedes  
Lætus ascendit, cápiens  
perénnes

Victor honóres.

**A**ngelis septus, decorâ-  
tus astris

Doctór & Virgo, gémi-  
nis corónis

Inter illústres ánimas re-  
fúlget

Múnere Christi.

**P**ræstet hoc nobis Déitas  
beáta

Patris, ac Nati, paritér-  
que sancti

Spiritus, cujus résonat per  
omnem

Glória mundum.

Amen.

**V.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas, al-  
lelúia.

**R.** Et ostendit illi regnum  
Dei, allelúia.

**Ad Benedictus, Aña.**

Qui fécerit, & docuérít,  
hic magnus vocábitur in  
regno cælórum, allelúia,  
allelúia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui infidélium  
multitúdinem mira  
beáti Vincéntii Confessô-  
ris tui prædicatióne ad ag-  
nitióne[m] tui nóminis ve-  
nîre tribuísti; præsta quæ-  
sumus, ut quem ventû-  
rum júdicem nuntiâvit in  
terris, remuneratórem

C

ha-

habere mereamur in caelis Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum.

**Ad Tertiam, Añã.**

Agēbat in terris.

**Capitul.** Mihi omnium sanctorum, **ut supra** 16.

**R. brev.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum, \*

Allelúia, allelúia. Amavit eum Dominus. †

Stolam gloriæ induit eum. Allelúia, allelúia. Gló-

ria Patri. Amavit eum Dominus. †

Os justi meditabitur sapientiam, allelúia. † Et lingua ejus loquetur iudicium, allelúia.

**Ad Sextam, Añã.**

Pulchri & speciosi.

**Capitul** 2. ad Timoth. 4. d.

**D**ominus mihi ástitit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur.

**R. brev.** Os justi meditá-

bitur sapientiam, \* Allelúia, allelúia. Os justi meditabitur.

† Et lingua ejus loquetur iudicium. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Os

justi meditabitur. † Lex Dei ejus in corde ipsius, allelúia. †

Et non supplantabuntur gressus ejus, allelúia.

Allelúia.

**Ad Nonam, Añã.**

Ad consórtium.

**Capitulum.** Apoc. 10. d.

**O**portet te prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

**R. brev.** Lex Dei ejus, in corde ipsius, \* Allelúia, allelúia. Lex Dei ejus.

† Et non supplantabuntur gressus ejus. Allelúia, allelúia. Glória Patri.

Lex Dei ejus.

† Justum deduxit Dominus per vias rectas, allelúia. † Et ostendit illi regnum Dei, allelúia.

**In**

In secundis Vesperis.

Añã. Indúlsit Deus, cum reliquis de Laudibus. 16. Psalmi, Capitulum, & Hymnus ut supra in primis Vesperis. I.

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúia. Et osténdit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Magnificat, Añã.

Hic est qui præváluit amplificáre civitátem, quiquè adéptus est glóriam in conversatióne gentis, gloriósus in cælis, & patrónus noster Vincéntius, allelúia.

Oratio. Deus, qui infidélium, ut supra 17.

Infra Octavam S. Vincentii omnia dicuntur sicut in die; sed in primo Nocturno leguntur Lektionen de Scriptura occurrente. In secundo Nocturno sæpius repetuntur Lektionen de Comuni Confessoris non Pontifi-

cis, ita ut uno die legantur Lektionen de Sermone Sancti Joannis Chrysostomi, quæ incipiunt. Beati N. dies, & alio die Lektionen ex lib. Moraliarum Sancti Gregorii Papæ, quæ incipiunt: Deridetur justus simplicitas. Et in tertio Nocturno sæpius repetantur positæ in Comuni Doctorum, de Homilia Sancti Augustini Episcopi in Euangelium: Vos estis sal terræ. In Dominica infra Octavam officium fit de ea ut in Psalterio sine precibus, nec suffragiis, cum commemoratione Octavæ. In Octava vero omnia fiunt sicut in die, præter Lektionen, quæ in primo Nocturno sunt de Scriptura occurrente; in secundo Nocturno de Sermone Sancti Joannis Chrysostomi: Beati N. dies, ut in Comuni Confessoris non Pontificis; & in tertio Nocturno, vel

propriæ de die festi, vel de Communi Doctorum in Euangelium: Vos estis sal terræ.

Si autem officium Sancti Vincentii dicendum sit per annum extra tempus Paschale, tunc omisso Allelúia, in omnibus locis ubi ratione temporis Paschalis positum est, addantur tribus Nocturnis sex sequentes Antiphonæ, hoc ordine.

**In primo Nocturno, secunda Antiphona.**

Apprehéndit disciplinam, & progréssus in via iusta, prædicávit præceptum Dómini.

**Psalmus.** Quare fremuerunt. 15.

**Tertia Antiphona.** Suscepit eum Dóminus glória ejus, & exáltans caput ejus.

**Psalmus.** Dómine, quid multiplicáti. 15.

**In secundo Nocturno, secunda Antiphona.**

Qui sperávit in te Dómi-

ne, exultábit in ætérnum, & habitábis in eo.

**Psalmus.** Verba mea. 19.

**Tertia Antiphona.** Glória & honóre coronásti Sanctum tuum, qui admirábilis es in univérsta terra.

**Psalm.** Dómine Dóminus noster. 20.

**In tertio Nocturno, secunda Antiphona.**

Consecútus est Vincéntius benedictiônem ætérnam, perfusus gáudio vultus Dei.

**Psalm.** Dómine in virtúte tua. 25.

**Tertia Antiphona.** Stabit in loco sancto innocens má nibus, & mundo corde.

**Psalmus.** Dómini est terra. 13.

**DIE XXIII. APRILIS.**

**In festo S. Georgii Mártyris, duplex maj. in toto Regno Valentino.**

**Omnia de Communi unius Mart. Temp. Pascha-**

chali, præter sequentia.

*Oratio.*

**D**Eus, qui nos beati  
Georgii Martyris  
tui méritis & intercessiô-  
ne lætificas: concède pro-  
pitiis, ut qui tua per eum  
beneficia póscimus dono  
tuæ grátiaë consequámur.  
Per Dóminum.

*In primo Nocturno Le-  
ctio. Frátres debitóres,  
de Commun. plur. Mart.  
extra Temp. Pasch.*

*In secundo Nocturno.*

De Sermóne Sancti Lau-  
réntii Patriárchæ Ve-  
netiárum.

*Lectio iv.*

**G**Eórgius propugnâ-  
tor exímius terré-  
næ obrenuntiávit milí-  
tiaë, ut Christi miles effi-  
ceretur egrégicus; facul-  
tates, quas habébat, dis-  
pérsit paupéribus, ut di-  
vítias perennes possidéret  
in cælo: suam quoque ani-

mam odívit in mundo, ut  
in vitam illam custodíret  
æternam. Repérerat præ-  
tiosam margarítam lati-  
tántem in agro, per quod  
distráctis ómnibus mercâ-  
tus est eam. Dóminum di-  
xísse audíerat: Nisi quis  
renuntiáverit ómnibus,  
quæ póssidet, non potest  
meus esse discípulus: præ-  
tulit discipulátum Christi  
ópibus, honôribus, vo-  
luptâtibus, córpori, &  
temporáli vitæ; ideò in-  
trépidus, armátus, & nu-  
dus secútus est Christum.  
Non cárceres, gládios, fu-  
stes, víncula, acúleos, tor-  
tóres, ignem, tyránnos ex-  
pávit, nec mortem: nudus  
nudum Christum attendé-  
bat in stípíte, illius accen-  
debâtur exémplo, ejúsque  
passiónis dolóribus ange-  
bâtur. O beâta mens Már-  
tyris, quæ nec tribulatiô-  
ne, nec angústia, nec pla-  
gis, nec laboribus, nec præ-  
sentibus, neque futúris à  
Christo váluit separári.

Lux



*R.* Lux perpétua lucébit  
sanctis tuis Dómine, \*  
Et æternitas témporum,  
allelúia, allelúia. *ψ.* Læ-  
títia sempitérna erit su-  
per cápita eórum, gáu-  
dium & exultatiónem ob-  
tinébunt. Et æternitas.

*Lectio v.*

**V**ivébat in carne, &  
corde cum Christo  
jam pendébat in Cruce,  
ideòque dicébat Christo:  
Cruci confixus sum; vi-  
vo ego, jam non ego, vi-  
vit autem in me Christus.  
Longé excellentius Mar-  
tyr, sic mórtuus vivébat  
in Christo, quàm si felí-  
citer florens, aliénus esset  
à Christo. Vides, quàm  
lócuples talis sit mors,  
quæ vitam cum Christo  
præstat æternam; sic pla-  
nè mórtuus erat beátus  
Geórgius vivens in Chri-  
sto. Mórtuus quippè erat  
vitiis, mórtuus erat sæ-  
culo, mórtuus erat & sibi.  
Nisi táliter fuisset mór-

tuus, mínimè Christo vi-  
vere potuisset. An non  
mórtuus erat sæculo, qui  
oblâtas dignitâtes, & gáu-  
dia, pro amóre Christi, &  
spe æternæ mercédis re-  
pudiâvit ut stercora? Non-  
ne vitiis erat defúnctus,  
qui labóribus, abstinéntia,  
paupertâte, virtutibusque  
céteris corpus quotidiana  
maceratióne domábat? De  
tálibus Pauli voce dicitur:  
Qui autem sunt Christi,  
carnem crucifixe cum  
vitiis, & concupiscéntiis.  
Quómódò verò sibi ipsi  
vixisse sanctus iste dicen-  
dus est, qui verbum Dei  
circumquaque dissémi-  
nans, Christi glóriam au-  
diéntium áuribus insonâ-  
bat? Quos valébat aufer-  
re diabolo, lucrabátur  
Christo. Magnanimitâte  
namque præcinctus, &  
charitâtis dono suffúltus,  
coram Régibus & terræ  
Principibus Christum lí-  
bera confitebâtur voce.

*R.* In servis suis, allelúia,  
Con-

\* Consolâbitur Deus, allelúia. *v.* Judicâbit Dóminus pópulum suum, & in servis suis. Consolâbitur.

**Lectio vi.**

**H**Inc factum est, ut cárceri manciparétur, virgis & scorpíonibus cæderétur, lampadârum ustiónibus cremarétur, laníaretur, torque-rétur, perimerétur. In his, quóniam vivébat in Christo, se exhibébat ut mór-tuum. Nulla planè in illo querimóniæ resonábat vox, nullus repugnândi motus. Tamquam bellá-tor præcípuius, arbitrátus est, fore incóngruum, ut paciénte Rege, atque pro animárum occumbénte sa-lúte, ipse ségniter víve-ret, & sine certáminis exercitatióne defíceret: frequénte ánimo illud Euangelicum revolvébat: Majórem charitâtem ne-mo habet, ut ánimam

suam pónat quis pro amí-cis suis. Quamobrem di-lectiônem, quam habébat ad Dóminum, factis má-luit osténdere, quàm ver-bis. Redemptórem úti-que suum non ingrátus de múnere est imitátus in morte, de quo ait Pro-phéta: Sicut ovis ad oc-cisiônem ductus est, & tamquam agnus coram tondénte se sine voce, sic non aperuit os suum. Ob-mútuít planè iste, & os suum, non nisi orándo, apéruit, quátenus hóstia Deo acceptábilis fieret, nec illi in longanimitáte paciéntiæ invenirétur dis-símilis, qui in crucis per-pressiône supplicii, eló-quiúm nullum contradi-ctiônis emísit. Hinc ge-stum est, ut Dómini sui, sicut sócius éxtitit poenæ, ita párticeps illius effice-rétur glóriæ, qui in cæ-lésti regno cum Patre & Spírítu Sancto triúmphat in sæcula.

*re.* Filiæ Jerúsalem, veníte & vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus: \* In die solemnitétis & lætitiæ, allelúia. ✠. Quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedixit filios tuos in te. In die solemnitétis. **G**lória Patri. In die.

*In tertio Nocturno.*

*Homilia S. Augustini Episcopi in Euangelium: Ego sum vitis vera, de Communi Martyrum Tempore Paschali.*

*In secundis Vesperis commemoratio S. Boni Latronis, in Civitate & suburbiis.*

**DIE XXIV. APRILIS.**

*In Civitate Valentina & suburbiis.*

*In festo S. Boni Latronis, duplex.*

**AD VESPERAS.**

*Antiphona.* Latro Christum crucifixum, **cum**

*reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis ut in festo S. Vincentii Martyr. 7.*

*Capitulum. Isai. 59.*

**E**Cce non est abbreviáta manus Dómini, ut salváre néqueat; nequè aggraváta est áuris ejus, ut non exáudiat.

*Hymnus.*

**J**esu coróna célsior,  
Et véritas sublímior,  
Qui confitênti servulo  
Reddis perénne præmium:

**D**a supplicánti coetui,  
Hujus rogátu, nóxi  
Remissionem críminis,  
Rumpéndo néxum vínculi.

**A**nni revérso témpore,  
Dies refúlsit lúmíne,  
Quo Sanctus hic de  
córpo  
Migrávit inter sídera.

**U**t sis perénne méntibus  
Paschále Jesu gáudium,  
A morte dira críminum

Vi-

Vitæ reñâtos líbera.

**D**eo Patri sit glória,  
Et Fílio , qui à mórtuis  
Surrêxit , ac Paráclito,  
In sempitêrna sæcula.  
Amen.

†. Amâvit eum Dómi-  
nus , & ornâvit eum,  
allelúia.

℞. Stólam glóriæ índuit  
eum , allelúia.

**Ad Magnificat , Aña.**

Ait Latro ad latronem:  
Nos quidem digna factis  
recípimus ; hic autem  
quid fecit? Meménto Dó-  
mine , dum véneris in  
regnum tuum , allelúia,  
allelúia.

**Oratio.**

**O**Mnipotens & mise-  
ricors Deus , qui  
justíficas ímpios ; te sup-  
plices exorâmus , ut nos  
benígnó intúitu , quo  
Unigénitus tuus beátum  
traxit Latrônem , ad dig-  
nam poeniténtiam pró-  
vokes ; & illam , quam

ei promísit , tríbuas no-  
bis glóriam sempitérnam.  
Per eúndem Dóminum  
nostrum.

**AD MATUTINUM.**

**Invitatorium.**

**C**hristum Regem crucifí-  
xum , qui Latróni in cru-  
ce paradísium donat , \*  
Veníte adorêmus , alle-  
lúia. **Psalm.** Veníte exul-  
têmus. **ut in officio S.**  
**Vincentii Mart. 12. Hym-**  
**nus.** Jesu coróna célsior,  
**ut supra. 24.**

**In primo Nocturno.**

**Aña.** Beátus iste sanctus,  
quí confísus est in Dómi-  
no , & exaudítus est de  
monte sancto ejus , alle-  
lúia. **Psalm.** Beátus vir,  
qui non ábiit. **Quare fre-**  
**muêrunt gentes. Dómi-**  
**ne , quid multiplicáti sunt,**  
**ut in testo S. Vincentii**  
**Ferrarii , fol. 3.**

†. Amâvit eum Dómi-  
nus , & ornâvit eum,  
allelúia.

**D**

**Stó-**

**R.** Stólam glóriæ induit eum , allelúia.

**Lectioes I. Nocturni dicuntur de Scriptura occurrente.**

**R. i.** Pósuí adjutórium supér poténtem : \* Manus enim mea auxiliábitur ei , & bráchium meum confortábit eum , allelúia.

**ψ.** Nihil profíciet inimícus in eo , & fílius iniquitátis non nocêbit ei. Manus enim.

**R. ii.** Iste cognôvit justítiam , & vidit mirabília , & exorâvit Altíssimum : \* Ipse intercêdat pro peccátis ómnium populórum , allelúia. **ψ.** Iste invéntus est in numero sanctórum. Ipse intercêdat.

**R. iii.** Amâvit eum Dóminus , & ornâvit eum , stolam glóriæ induit eum : \* Et ad portas paradísi coronâvit eum , allelúia.

**ψ.** Induit eum Dóminus lorícam fidei , & ornâvit eum. Et ad portas. **Gló-**

ria Patri. Et ad portas paradísi.

**In secundo Nocturno.**

**Antiphona.** Invocántem exaudívit Dóminus Sanctum : Dóminus exaudívit eum , & constituit eum in pace , allelúia.

**Psalm.** Cum invocârem. Verba mea áuribus. Dómine Dóminus noster.

**ψ.** Induit eum Dóminus lorícam fidei , & ornâvit eum , allelúia.

**R.** Et ad portas paradísi coronâvit eum , allelúia.

Sermo S. Joánnis Chrysóstomi.

*Hom. 2. de Cruce , & Latrone , tom. 3.*

**Lectio iv.**

**S**Cio & antè me dixísse de Latrone , sed habet divérsas intelligéncias Dei sermo. Iste Latro de ligno mercátur salútem : hic Latro furâtur cæléste impérium. Vim facit ma-  
je-

jestâti, non virtûte propria, sed fide vincens. Ipsius Dómini vox est: Regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. In cruce duo latrones, imâgo Judæorum & Gentilium. Latro, qui poenitet, imâginem obtinet pópuli ex gentibus congregâti; qui prius in errore ambulâverat, & post hoc veritatem agnôvit. Imâginem verò Latro ille obtinet Judæorum, qui usque in finem perseverat latro. Et usque ad tempus quidem crucis viam malignitâtis ierunt; crux autem divisit utrumque.

*ix.* Velum templi scissum est: \* Et omnis terra tremuit: Latro clamabat de cruce, dicens: Meménto mei Dómine, dum véneris in regnum tuum, allelúia. *x.* Petræ scissæ sunt, & monuménta apérta sunt; & multa cörpera Sanctórum, qui dor-

mierant, surrexérunt. Et omnis.

## Lectio v.

**V**Iam namque cæcitatatis, & perditionis, qui non credidit, ingressus est: viam autem salutis, qui credidit, ingressus est: viam salutis, qui credidit, adeptus est. In cruce didicit Latro differentiam viarum; quoniam novit Dóminus viam justorum: via autem impiorum peribit. Et vide Dei justum iudicium, ut dicas & tu cum Propheta: Justus es Dómine, & rectum iudicium tuum. Propter unum peccatum damnatur Adam; & propter unam fidei vocem Latro salvatur. Unum peccatum ejecit illum, & una iustitia introduxit istum, & Latro habitator factus est paradisi. O admiranda rerum matèries? Nec Abrahæ data est per vocem repromissio paradisi. He-

reditâvit quidem per fidem : repromissionem autem paradisi nemo ante Latronem accêpit.

**R.** Nemo repromissionem paradisi ante Latronem accêpit , cui Dóminus in cruce dixit : \* Hódie mecum eris in paradiso , allelúia , allelúia. **V.** Dómine meménto mei , cum véneris in regnum tuum. Hódie mecum.

### Lectio vi.

**I**ste ergo vidit Salvatorem , non super throno regâli , non adorâri in templo , non loquentem de cælis , non per Angelos disponentem : sed in poena sociatum Latroni : videt in torméntis , & tamquàm in glória adorat : videt in cruce , & rogat quasi in cælis sedentem : videt condemnatum , & Regem invocât , dicens : Dómine meménto mei , cum véneris in reg-

num tuum. Crucifixum vides , & Regem prædicas ? In ligno pendere cernis , & cælorum regna meditâris ? O admiranda Latronis convérsio !

**R.** O admiranda Latronis convérsio ! \* Crucifixum videt , & Regem prædicat , allelúia. **V.** In ligno pendere cernit , & cælorum regna meditatur. Crucifixum. **G**loria Patri. Crucifixum.

### In tertio Nocturno.

**Antiphona.** Dómine , iste Sanctus habitâvit in tabernáculo tuo , requiescet in monte sancto tuo , allelúia. **Psalm.** Dómine , quis habitâbit. Dómine in virtute tua. Dómini est terra.

**V.** Hic accípiet benedictionem à Dómino , allelúia.

**R.** Et misericórdiam à Deo salutâri suo , allelúia.

Lé-

Lectio Sancti Euangelii  
secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 23. f.

**I**N illo tempore : Unus  
de his , qui pendebant , latronibus , blasphemabat Dominum , dicens : Si tu es Christus , salvum fac te ipsum , & nos . Et reliqua .

Homilia S. Ambrósii  
Episcopi.

Serm. 49. de S. Latrone.

**Q**Uoniam hodie Euangelii lectio de Latrone fecit mentionem , videamus quis iste Latro sit , qui in cruce Domino constituto , non solum peccatorum suorum veniam consequitur , sed etiam paradisi amoenitate donatur : ut qui propter scelera damnatus fuerat ad poenam , propter fidem transferreretur ad gloriam ; fueritque illi crux quam pertulit , non tam supplicii damnatio ,

quam salutis occasio . In cruce enim positus , in Christum Dominum nostrum credidit crucifixum . Et ideo , qui consortio passionis utitur , consortio paradisi condonatur . Beatus enim Latro , dum supplicium patitur , regnum caeleste consequitur . Ecce reus dicitur , sicut cui damnari illud tempus expetivit . Non enim perveniret ad gloriam , si non contraditus esset ad poenam . Videamus , inquam , cur tantorum criminum reus , tam cito a Salvatore paradysum promeretur ; cum alii multorum temporum lacrymis , frequentibusque jejuniis , vix delictorum suorum veniam consequantur .

**R.** Iste est beatus Latro , qui in cruce positus , Christum Dominum nostrum credidit crucifixum : \*

Et dum supplicium patitur regnum caeleste consequitur , alleluia . **V.** Quem

Ju-



Judas Iscariótes in hortulo paradísi distráxerat, iste in patíbulo confitêtur. Et dum.

Lectio viii.

**M**agna, fratres, & múltiplex causa est. Primum, quòd iste Latro devotiòne fidei tam repéntè mutátus est, ut præsentem poenam despíceret, ac de futúra véniam precarêtur, & magis crederet utile sibi esse, de ætérno judício petere, quam de temporali supplicio postulâre. Reminiscentes enim scélerum suórum, plus incipit dolêre quod sperat, quàm sentîre quod patitur. Potuit enim, nisi de futúris ámplius cogitáset, qui in Christum semel credíderat, de præsentí magis supplicio deprecári. Deinde illud ad gratiam ejus majóris est mériti, quod in Christum in cruce pòsitum credidit, & pássio,

quæ áliis scándalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim pássio multis scándalum fuit, sicut dicit Apóstolus: Nos autem prædicâmus Christum crucifixum, Judæis quidem scándalum, Genti- bus autem stultítiam. Rectè ergo merétur paradísum, qui Crucem Christi non putávit esse scándalum, sed virtutem; dicit enim idem Apóstolus: Ipsi autem vocátis Judæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapiéntiam.

**R.** Iste est, qui crucem Christi non putávit esse scándalum, sed virtutem; ideòque paradísum merêtur: \* Ipse intercédât pro peccâtis ómnium populórum, allelúia. **V.** Iste est, qui honoríficat patientem, quem Judas pródidit osculántem. Ipse intercédât. **Gloria.** Ipse intercédât.

Le-

## Lectio ix.

**R**ecte planè & Dóminus huic donat paradísium ; quia quem Judas Iscariótes in hórtulo paradísi distráxerat , hic in crucis patíbulo confitêtur. Mira res : confitêtur Latio , quem discipulus abnegávit. Mira inquam res : Latio honoríficat patientem , quem Judas pródidit osculántem. Ab hoc pacis blandiménta venduntur : ab illo vúlnera prædicántur. Ait enim : Meménto mei Dómine , cùm véneris in regno tuo. Hæc est fidei plena devótio , ut cùm de vulnéribus Dómini prófluens sánguís cérnitur ; tunc de potestáte ejus vénia postulêtur. Cùm vidêtur ejus humílitás , tunc magis timeátur ejus divinitás : cùm morti addíctus putátur , tunc regis illi honorificéntia deferatur. Iste enim fidélis Latio

non crédidit moritúrum , quem annúnciat regnaturum : non putat subdéndum ínferis , quem dominatúrum confitêtur in cælo , non arbitrátur eum apud tártarum detinêri , à quo se etiam póstulat liberári. Cernat licèt ejus hiántia vulnèra , spectet ipsíus sánguinem prófluéntem ; Deum tamen credit , quem reum nescit : justum fatêtur , quem non meminit peccatórem.

**T**e Deum laudámus.

## A D L A U D E S,

& per Horas , Aña.

Latio Christum crucifixum videbat , & Regem invocábat , dicens : Dómine , meménto mei , cùm véneris in regnum tuum , allelúia. **Psalm.** Dóminus regnâvit , **cum reliquis de Laudibus S. Vincentii Mart. 30.**

**Aña.** Qui me conféssus fúerit coràm hominibus,

COR-

confitêbor & ego eum corâm Patre meo , allelúia.

*Añã.* Cùm conturbâta fúerit ánima mea Dómine , misericórdiæ memor eris , allelúia.

*Añã.* Salvum me fecit Christus Redemptor, quia dixit : Hódie mecum eris in paradîso , allelúia , allelúia , allelúia.

*Añã.* Ille qui talis ad crucem venit ex culpa ; ecce qualis à cruce recédit ex grátia , allelúia , allelúia , allelúia.

*Capitulum. Isai. 59.*

**E**Cce non est abbreviâta manus Dómini , ut salvâre néqueat : neque aggravâta est auris ejus , ut non exáudiat.

*Hymnus.*

**J**esu Redemptor ómnium,  
Coróna confiténtium,  
In hac die cleméntius  
Indúlgeas precántibus.

**T**ui sacri qua nóminis

Confessor almus cláruit :

Hujus celebrat ánnua Devóta plebs solémnia.

**H**ujus benignus ánnue Confessiônem nos sequi :

Hujus precátu servulis Dimítte noxam críminis.

**U**t sis perénne méntibus Paschâle Jesu gáudium ,

A morte dira críminum

Vitæ renâtos líbera.

**D**eo Patri sit glória, Et Fílio , qui à mórtuis

Surrêxit , ac Paráclito, In sempitérna sæcula.

Amen.

**✠.** Vitam pétiit à te , & tribuísti ei Dómine , allelúia.

**✠.** Glóriam & magnum decórem imposuísti super eum , allelúia.

*Ad Benedictus , Añã.*

Ait Latro ad latrônem:  
Nos

Nos quidem digna factis recipimus; hic autem quid fecit? Meménto mei Dómine, cum véneris in regnum tuum, allelúia, allelúia.

**Oratio.**

**O**Mnípotens & misericors Deus, qui justíficas ímpios, te supplices exorámus, ut nos benigno intuitu, quo Unigenitus tuus beátum traxit Latrônem ad dignam poeniténtiam provoces; & illam, quam ei promísit, tríbuas nobis glóriam sempitérnam. Per eúndem Dóminum.

**Ad Tertiam, Añã.**

Qui me conféssus.

**Capitulum.** Ecce non est abbreviáta, **ut supra.**

**R. brev.** Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: \* Allelúia, allelúia. Amávit.

**Y.** Stolum glóriæ induit eum, Allelúia, allelúia.

Glória Patri. Amávit.

**Y.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum, allelúia. **R.** Et ad portas paradísi coronávit eum, allelúia.

**Ad Sextam, Añã.**

Cùm conturbáta.

**Capitulum. Isai. 58.**

**T**Unc invocâbis, & Dóminus exáudiet: Clamâbis, & dicet: Ecce adsum.

**R. brev.** Induit eum Dóminus, lorícam fidei, & ornávit eum, \* Allelúia, allelúia. Induit eum.

**Y.** Et ad portas paradísi coronávit eum, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Induit eum Dóminus.

**Y.** Hic accipiet benedictiônem à Dómino, allelúia.

**R.** Et misericórdiam à Deo salutâri suo, allelúia.

**Ad Nonam, Añã.**

Ille qui talis.

E

Ca-

*Capitulum. Isai. 38.*

**T**U autem Dómine  
eruísti ánimam  
meam , ut non períret:  
projecísti post tergum  
tuum ómnia peccáta mea.

*ry. brev.* Hic accípiet be-  
nedictiõnem à Dómino , \*  
Allelúia , allelúia. Hic  
accípiet.

*v.* Et misericórdiam à  
Deo salutári suo , alle-  
lúia , allelúia. **G**lória  
Patri. Hic accípiet.

*v.* Vitam petiit à te , &  
tribuísti ei Dómine , al-  
lelúia.

*ry.* Glóriam , & magnum  
decórem imposuísti super  
eum , allelúia.

*Vesperæ de S. Marco  
Euangelista , cum com-  
memoratione S. Boni La-  
tronis.*

*Añã.* Impiétas ípii non  
nocēbit ei , in quacúmque  
die convérsus fúerit ab  
impietâte sua , allelúia,  
allelúia.

*v.* Amâvit eum. **Oratio.**

Omnípotens , & miseri-  
cors , *ut supra.*

DOMINICA II. MAII.

*In festo B. Mariæ Virg.  
Desertorum. Duplex  
majus in Diocesi Valen-  
tina , & in Civitate  
secundæ classis.*

AD VESPERAS.

*Antiphona.* Dum esset  
Rex in accúbitu suo , nar-  
dus mea dedit odôrem  
suavitâtis , allelúia.

*Psalmus 109.*

**D**Ixit Dóminus Dó-  
mino meo : \* Sede  
à dextris meis :

**D**onec ponam inimicos  
tuos , \* scabéllum pedum  
tuórum.

**V**irgam virtûtis tuæ emít-  
tet Dóminus ex Sion : \*  
domináre in médio inimi-  
côrum tuórum.

**T**ecum princípium in die  
virtûtis tuæ in splendóri-  
bus sanctórum : \* ex útero  
ante lucíferum genui te.

**Ju-**

**J**urâvit Dóminus, & non poenitêbit eum: \* Tu es sacérdos in ætêrnum secúndum ordinem Melchisedech.

**D**óminus à dextris tuis, \* confrêgit in die iræ suæ reges.

**J**udicâbit in natióibus, implébit ruínas: \* conquassâbit cápita in terra multórum.

**D**e torrênte in via bibet: \* proptêreà exaltâbit caput.

**Añã.** Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odorem suavitâtis, allelúia.

**Añã.** Læva ejus sub cápite meo, & dèxtera illius amplexábitur me, allelúia.

**Psalmus 112.**

**L**audâte púeri Dómini: \* laudâte nomen Dómini.

**S**it nomen Dómini benedíctum, \* ex hoc nunc, & usque in sæculum.

**A** solis ortu usque ad oc-

câsum, \* laudábile nomen Dómini.

**E**xcélsus super omnes gentes Dóminus, \* & super cælos glória ejus.

**Q**uis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, \* & humília réspicit in cælo & in terra?

**S**úscitans à terra ínopem, \* & de stércore érigens páuperem.

**U**t cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pópuli sui.

**Q**ui habitâre facit stérilem in domo, \* matrem filiórum lætântem.

**Añã.** Læva ejus sub cápite meo, & dèxtera illius amplexábitur me, allelúia.

**Añã.** Nigra sum, sed formôsa, filiæ Jerúsalem, ídeò diléxit me Rex, & introdúxit me in cubiculum suum, allelúia.

**Psalmus 121.**

**L**ætâtus sum in his, quæ dicta sunt mihi:

E 2

hi:

hi : \* In domum Dómini  
ibimus.

**S**tantes erant pedes no-  
stri : \* in átris tuis Jerú-  
salem.

**J**erúsalem , quæ ædificâ-  
tur ut civitas : \* cujus par-  
ticipatio ejus in idípsum.

**I**lluc enim ascendérunt  
tribus , tribus Dómini : \*  
testimónium Israël ad con-  
fitêndum nómini Dómini.

**Q**uia illic sedérunt sedes  
in iudicio : \* sedes super  
domum David.

**R**ogâte quæ ad pacem  
sunt Jerúsalem : \* & abun-  
dántia diligéntibus te.

**F**iat pax in virtúte tua : \*  
& abundántia in túrribus  
tuis.

**P**ropter fratres meos , &  
próximos meos : \* loqué-  
bar pacem de te.

**P**ropter domum Dómini  
Dei nostri : \* quæsivi bo-  
na tibi.

**Añã.** Nigra sum , sed for-  
môsa , filia Jerúsalem ,  
idéò diléxit me Rex , &  
introdúxit me in cubi-

culum suum , allelúia.

**Añã.** Jam hiems tránsiit,  
imber ábiit & recéssit ;  
surge amíca mea , & veni ,  
allelúia.

**Psalmus 126.**

**N**isi Dóminus ædifi-  
cáverit domum , \*  
in vanum laboravérunt  
qui ædificant eam.

**N**isi Dóminus custodiérit  
civitátem , \* frustra ví-  
gilat qui custódit eam.

**V**anum est vobis ante lu-  
cem súrgere : \* súrgite  
postquam sedêritis , qui  
manducâtis panem dolóris.

**C**ùm déderit diléctis suis  
somnum : \* ecce herédi-  
tas Dómini filii : merces,  
fructus ventris.

**S**icut sagittæ in manu  
potentis : \* ita filii ex-  
cussórum.

**B**eátus vir qui implévit  
desidérium suum ex ipsis :  
\* non confundêtur cum  
loquêtur inimicis suis in  
porta.

**Añã.** Jam hiems tránsiit,  
im-

imber abiit & recessit;  
surge amica mea, & ve-  
ni, alleluia.

**Añã.** Speciõsa facta es &  
suavis in deliciis tuis, san-  
cta Dei genitrix, alleluia.

**Psalmus 147.**

**L**auda Jerúsalem Dó-  
minum: \* lauda  
Deum tuum Sion.

**Q**uoniam confortavit se-  
ras portarum tuarum: \*  
benedixit filiis tuis in te.

**Q**ui posuit fines tuos pa-  
cem, \* & adipe frumen-  
ti satiatur te.

**Q**ui emittit eloquium  
suum terræ: \* velociter  
currit sermo ejus.

**Q**ui dat nivem sicut la-  
nam: \* nebulam sicut cí-  
nerem spargit.

**M**ittit crystallum suam  
sicut bucellas: \* ante fá-  
ciem frigiditatis ejus quis  
sustinebit?

**E**mittet verbum suum,  
& liquefaciet ea: \* flabit  
spiritus ejus, & fluent  
aquæ.

**Q**ui annuntiat verbum  
suum Jacob, \* justitias  
& iudicia sua Israël.

**N**on fecit taliter omni  
nationi: \* & iudicia sua  
non manifestavit eis.

**Añã.** Speciõsa facta es &  
suavis in deliciis tuis, san-  
cta Dei genitrix, alleluia.

**Capitulum. Eccli. 24.**

**A**B initio, & ante sæ-  
cula creata sum, &  
usque ad futurum sæcu-  
lum non desinam, & in  
habitatione sancta coram  
ipso ministravi.

**Hymnus.**

**A**ve maris stella,  
Dei mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cæli porta.

**S**umens illud Ave,  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevæ nomen.

**S**olve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

**Mon-**



**M**onstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

**V**irgo singulâris,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac & castos.

**V**itam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum,  
Semper collætémur.

**S**it laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spirítui sancto,  
Tribus honor unus.

Amen.

**V.** Dignâre me laudâre  
te, Virgo sacrâta, al-  
lelúia.

**R.** Da mihi virtûtem con-  
tra hostes tuos, alle-  
lúia.

**Ad Magnificat, Aña.**

Sancta María, succurre  
miseris, juva pusilláni-  
mes, réfove flébiles, ora  
pro pópulo, intérvieni pro  
clero, intercède pro de-  
vôto femíneo sexu: sen-

tiant omnes tuum juvâ-  
men, quicúmque cele-  
brant tuam sanctam festi-  
vitâtem, allelúia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui Beatíssi-  
mam Virginem Ma-  
riam dulcíssimo titulo Ma-  
tris Desertôrum nos ve-  
nerâri tribuísti, ejusque  
intercessiône tantam gra-  
tiam conférre dignátus es,  
ut nullus ad ejus præsi-  
dium confúgiens fúerit de-  
relictus: concède nobis  
fámulis tuis; ut sub tan-  
tæ Matris protectiône con-  
stitûti, numquam á tua  
benignitate deserámur.  
Per Dominum, &c.

**Deinde fit commem. Do-  
minicæ, ut in fine hujus  
officii.**

**AD MATUTINUM.**

**Invitatorium.**

Sancta María Dei gén-  
trix virgo, \* Intercède  
pro nobis, allelúia.

**Psalm.**

**Psalm.** Venite, exultemus, ut in officio S. Vincent. Mart. 12.

**Hymnus.**

**Q**uem terra, pontus, sidera  
Colunt, adorant, prædicant

Trinam regentem machinam,

Clastrum Mariæ bajulat.

**C**ui Luna, Sol, & omnia  
Deserviunt per tempora,

Perfusa cæli gratia,  
Gestant puellæ viscera.

**B**eata mater munere,  
Cujus, supernus Artifex

Mundum pugillo continens,

Ventris sub arca clausus est.

**B**eata cæli nuntio,  
Foecunda sancto Spiritu.

Desideratus gentibus  
Cujus per alvum fusus est.

**J**esu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine.

Cum Patre, & almo Spiritu,

In sempiterna sæcula.  
Amen.

**In primo Nocturno.**

**Antiphona.** Benedicte tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, alleluia.

**Psalmus 8.**

**D**omine Dominus noster, \* quàm admirabile est nomen tuum in univèrsa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua \* super cælos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, \* ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam vidèbo cælos tuos, ópera digitorum tuorum: \* lunam & stellas, quæ tu fundasti.

**Quid**

**Q**uid est homo , quòd memor es ejus? \* aut filius hóminis , quóniam vísitas eum?

**M**inuísti eum paulò minus ab Angelis , glória & honóre coronásti eum : \* & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

**O**mnia subjecísti sub pédibus ejus , \* oves & boves univérsas : insuper & pécora campi.

**V**ólucres cæli & pisces maris , qui perámbulant semitas maris.

**D**ómine Dóminus noster , \* quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

**G**lória Patri.

**Psalmus 18.**

**C**æli enarrant glóriam Dei , \* & ópera mánuum ejus annúnciat firmaméntum.

**D**ies diéi erúctat verbum , \* & nox nocti indicat sciéntiam.

**N**on sunt loquélæ , neque

sermónes , \* quorum non audiántur voces eórum.

**I**n omnem terram exívit sonus eórum : \* & in fines orbis terræ verba eórum.

**I**n sole pósuit tabernáculum suum : \* & ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo ;

**E**xultávit ut gigas ad curéndam viam : \* à summo cælo egréssio ejus.

**E**t occúrsus ejus usque ad summum ejus : \* nec est qui se abscóndat à calore ejus.

**L**ex Dómini immaculáta , convértens animas : \* testimónium Dómini fidèle , sapiéntiam præstans párvulis.

**J**ustítiæ Dómini rectæ , lætificántes corda : \* præceptum Dómini lúcidum , illúminans óculos.

**T**imor Dómini sanctus pérmanens in sæculum sæculi : \* judícia Dómini vera , justificáta in semet-ípsa.

**D**esiderabília super aurum

rum & lapidem pretiosum multum : & dulciora super mel & favum.

**E**tenim servus tuus custodit ea : \* in custodiendis illis retributio multa.

**D**elicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me : \* & ab alienis parce servo tuo.

**S**i mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : \* & emundabor a delicto maximo.

**E**t erunt ut complacent eloquia oris mei : \* & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

**D**omine adiutor meus, \* & redemptor meus.

**G**loria Patri.

**Psalmus 23.**

**D**omini est terra, & plenitudo ejus ; \* orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

**Q**uia ipse super maria fundavit eum : \* & super flumina preparavit eum.

**Q**uis ascendet in montem

**D**omini ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

**I**nnocens manibus & mundo corde, \* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo :

**H**ic accipiet benedictionem a Domino, \* & misericordiam a Deo salutari suo.

**H**æc est generatio querentium eum, \* querentium faciem Dei Jacob.

**A**t tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus fortis & potens : Dominus potens in prælio.

**A**t tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

**G**loria Patri.

**A**ñã. Benedicta tu in muliere-

F

li-

liêribus , & benedíctus fructus ventris tui , allel.

Ÿ. Spécie tua & pulchritúdine tua , allelúia.

R. Inténde , próserè procéde , & regna , allelúia.

Pater noster. **Absolutio.**

Exáudi Dómine. Ÿ. Jube domne. **Benedictio.** Benedictiône perpétua.

De Parábolis Salomônis.

**Lectio i.** cap. 8. b. & 9.

**E**go sapiéntia hábito in consílio , & eruditís intérsu cogitatiônibus. Timor Dómini odit malum : arrogántiam , & supérbiam , & viam pravam , & os bilíngue detestor. Meum est consílium & æquitas , mea est prudentia , mea est fortitúdo. Per me reges regnant , & legum conditóres justa decérnunt. Per me príncipes imperant , & poténtes decérnunt justítiam. Ego diligéntes me diligo : & qui manè vígilant ad me , invénient me.

R. Sancta , & immaculata virgíntas , quibus te láudibus éfferam néscio.

Quia quem cæli cápere non póterant , tuo grémio contulísti , allelúia.

Ÿ. Benedicta tu in mulieribus , & benedíctus fructus ventris tui. Quia.

**Lectio ii.**

**M**ecum sunt divítia , & glória , opes supérbæ , & justítia. Mélior est enim fructus meus auro , & lápide pretiôso , & genímína mea argénto elécto. In viis justítiaë ámbulo , in médio semitârum judícii , ut ditem diligéntes me , & thesauros eórum répleam. Dóminus possédit me in initio viârum suârum , ántequam quidquam fáceret à princípío. Ab ætérno ordinâta sum , & ex antiquis ántequam terra fieret. Nondum erant abyssi , & ego jam concépta eram : necdum fontes aquârum erú-

erúperant : necdum montes gravi mole constiterant, ante colles ego parturiêbar.

*R.* Congratulámini mihi omnes qui diligitis Dóminum, quia cum essem párvula, pláculi Altíssimo : \* Et de meis viscéribus génuí Deum & hóminem, allelúia. *ψ.* Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancillam húmílem respéxit Deus. Et de meis.

*Lectio iii.*

**B**Eátus homo, qui audit me, & qui vígilat ad fores meas quotidiè, & observat ad postes óstii mei. Qui me invenerit, invéniet vitam, & háuriet salútem à Dómino : qui autem in me peccáverit lædet ánimam suam. Omnes qui me odérunt, díligunt mortem. Sapiéntia ædificávit sibi domum, excídit colúmnas septem. Immolávit

víctimas suas, míscuit vinum, & propósuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocárent ad arcem, & ad moenia civitátis. Si quis est párvulus, véniat ad me. Et insipiéntibus locúta est : Veníte, comédite panem meum, & bíbite vinum quod míscui vobis.

*R.* Beáta es virgo María, quæ Dóminum portásti Creatórem mundi : \* Genuísti qui te fecit, & in ætérnum pérmanes virgo, allelúia. *γ.* Ave María, grátia plena : Dóminus tecum. Genuísti. **G**lória Patri. Genuísti.

*In secundo Nocturno.*

*Antiphona.* Spécie tua, & pulchritúdine tua intende, próspere procède, & regna, allelúia.

*Psalmus 44.*

**E**Ruétávit cor meum verbum bonum : \* dico ego ópera mea regi.

**L**ingua mea cālamus scribæ, \* velóçiter scribéntis.

**S**peciósus fòrma præ filiis hóminum, diffûsa est gratia in lábiis tuis: \* proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

**A**ccíngere gládio tuo super femur tuum, \* potentíssime.

**S**pécie tua, & pulchritúdine tua \* inténde, próserè procède, & regna.

**P**ropter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam: \* & dedúcet te mirábiliter dèxtera tua.

**S**agíttæ tuæ acútæ, populi sub te cadent: \* in corda inimicòrum regis.

**S**edes tua Deus in sæculum sæculi: \* virga directiònis virga regni tui.

**D**ilexísti justítiam, & odísti iniquitátem: \* proptéreà unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

**M**yrrrha, & gutta, & cásia à vestiméntis tuis, à dómibus ebúrneis: \* ex

quibus delectavérunt te filia regum in honóre tuo.

**A**stitit regína à dextris tuis in vestitu deauráto: \* circúndata varietáte.

**A**udi filia, & vide, & inclína aurem tuam: \* & oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui.

**E**t concupíscet rex decórem tuum: \* quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

**E**t filia Tyri in munéribus \* vultum tuum deprecabúntur, omnes dívites plebis.

**O**mnis glória ejus filia regis ab intus, \* in fimbriis áureis circumamícta varietátibus.

**A**dducentur regi vírgines post eam: \* próximæ ejus afferéntur tibi.

**A**fferéntur in lætítia & exultatióne: \* adducéntur in templum regis.

**P**ro pátribus tuis nati sunt tibi filii: \* constítues eos principes super omnem terram.

**Me-**

**M**emores erunt nóminis  
tui \* in omni generatióne  
& generatióne.

**P**ropterea pópuli confi-  
tebúntur tibi in ætérnum:  
\* & in sæculum sæculi.

**G**lória Patri.

**Psalmus 45.**

**D**eus noster refúgium  
& virtus: \* adjutor  
in tribulatióibus, quæ  
invenérunt nos nimis.

**P**ropterea non timébi-  
mus dum turbábitur ter-  
ra: \* & transferéntur  
montes in cor maris.

**S**onuérunt, & turbatæ  
sunt aquæ eórum: \* con-  
turbáti sunt montes in  
fortitúdine ejus.

**F**lúminis ímpetus lætífi-  
cat civitátem Dei: \* san-  
ctificávit tabernáculum  
suum Altíssimus.

**D**eus in médio ejus, non  
commovébitur: \* adjuvâ-  
bit eam Deus manè dilú-  
culo.

**C**onturbatæ sunt gentes,  
& inclinâta sunt regna: \*

dedit vocem suam, mota  
est terra.

**D**óminus virtutum no-  
biscum: \* susceptor no-  
ster Deus Jacob.

**V**eníte, & vidéte opera  
Dómini, quæ pósuit pro-  
dígia super terram: \* au-  
ferens bella usque ad fi-  
nem terræ.

**A**rcum cónteret, & con-  
frínget arma: \* & scuta  
combúret igni.

**V**acâte, & vidéte quó-  
niam ego sum Deus: \*  
exaltabor in géntibus, &  
exaltabor in terra.

**D**óminus virtutum no-  
biscum, \* susceptor no-  
ster Deus Jacob.

**G**lória Patri.

**Psalmus 86.**

**F**undaménta ejus in  
móntibus sanctis: \*  
diligít Dóminus portas  
Sion super ómnia taber-  
nacula Jacob.

**G**loriôsa dicta sunt de  
te, \* civitas Dei.

**M**emor ero Rahab & Ba-  
by-



bylônis \* sciéntium me.

**E**cce alienígenæ , & Ty-  
rus , & pópulus Æthio-  
pum , \* hi fuérunt illic.

**N**umquid Sion dicet: Ho-  
mo , & homo natus est in  
ea : \* & ipse fundávit  
eam Altíssimus.

**D**óminus narrábit in scrip-  
túris populórum , & prin-  
cipum : \* horum qui fué-  
runt in ea.

**S**icut lætántium ómnium:  
\* habitátio est in te.

**G**loria Patri.

**Añã.** Spécie tua , & pul-  
chrítudine tua inténde,  
prósperè procède , & reg-  
na , allelúia.

**✽.** Adjuvábbit eam Deus  
vultu suo , allelúia.

**℞.** Deus in medio ejus  
non commovébitur , alle-  
lúia. **P**ater noster. **A**bsol-

**lutio.** Ipsíus píetas. **✽.** Ju-  
be domne. **B**enedíctio.

Deus Pater omnípotens.

Sermo Sancti Thomæ  
Epíscopi.

*Ex Concione tertia S. Tho-  
mæ à Villanova super illa*

*verba: Ab æterno ordina-  
ta sum.*

**Lectio iv.**

**S**uper omnem glóriam,  
inquit Isaías , protéc-  
tio , & tabernáculum erit  
in absconsiónem à túrbine,  
& à plúvia , id est , justô-  
rum erit custódia , & pec-  
catôrum suffúgium. Ita  
est , ò Virgo , in ómnibus  
tempestátibus , & plúviis,  
& adversitátibus , si pestis,  
si bellum , si fames , si tri-  
bulátio , omnes ad te cú-  
rimus. Tu nostra protéc-  
tio, Tu nostrum refúgium,  
Tu nostrum únicum re-  
mêdium , subsidiúm , &  
asylum. Sicut pulli voli-  
tántibus désuper milvis ad  
gallínæ alas occúrrunt,  
ita nos sub velaménto alá-  
rum tuárum abscóndimur.  
Nescimus aliud refúgium,  
nisi Te : Tu sola es única  
spes nostra , in qua confidi-  
mus : Tu sola Patrôna no-  
stra , ad quam omnes aspí-  
cimus.

**℞.**

**R.** Sicut cédrus exaltâta sum in Líbano, & sicut cypréssus in monte Sion: Quasi myrrha elécta, \* Dedi suavitatē odóris, allelúia. **ψ.** Et sicut cinnamómum, & bálsamum aromatizans. Dedi.

### Lectio v.

**R** Espice ergò nunc, ò Piíssima, certántis Ecclésiæ filiæ tuæ tribulatióne: atténde familiam hanc, pro qua Christus Fílius tuus mórtuus est, in afflictióne pósitam, inimícis vallâtam, in génibus conculcâtam, in angústo collocâtam: atténde pusillum gregem, qui olim totum replébat orbem terrârum, nunc peccâtis nostris interclúsum, & in angústiis redáctum in finibus terræ. Inclína óculos pietátis tuæ, & vide quàm malè eam tractat, quàm malè eam lácerat aper iste de silva, draco iste furiósus; neque

est, qui ei valeat resistere, aut áudeat vel óculos tóllere contra eum. Heù, quis dicere póterit stragem máximam, quam à multis annis fecit hic nefándus tyránnus in Ecclésiâ Dei.

**R.** Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formósa tamquam Jerúsalem? \* Vidérunt eam filiæ Sion, & beátam dixerunt, & reginæ laudavérunt eam, allelúia. **ψ.** Et sicut dies verni circúmdabant eam flores rosârum, & lília convállium. Vidérunt.

### Lectio vi.

*Ibi circa finem.*

**S** Ed elécta est (María) ut esset Advocâta nostra; nam licèt Advocátum habeâmus Fílium, ut ait Joáannes, opus étiam fuit habère Matrem Advocâtam ad Fílium: nam peccâtis nostris non solus Deus offénditur, cujus præcepta violâmus, sed & Fílius.

lius Dei, cuius sánguinem peccándo conculcámus, rursus crucifigéntes Fílium Dei. Et ideò, sicut apud Patrem interpéllat Fílius, sic apud Fílium interpéllat Mater. Unde Bernárdus: Fílius osténdit Patri latus & vúlnera; & Mater osténdit Filio pectus & úbera. Unde facta est idónea Advocáta: idónea, quia puríssima: idónea, quia acceptíssima: idónea, quia piíssima: hæc enim omnia ad Advocátam requirúntur. O felix dies, ò dies jucúnda, in qua talis ac tanta Advocáta data est mundo! O dies omni gáudio celebránda, quando tantum donum accévimus!

**R.** Ornátam monílibus fíliam Jerúsalem Dóminus concupívit: \* Et vidéntes eam fíliæ Sion, beatíssimam prædicavêrunt, dicentes: \* Unguéntum effúsum nomen tuum, allelúia. **V.** Astitit regína

à dextris tuis in vestítu deauráto, circúmdata varietáte. Et vidéntes. **G**lória Patri. Unguéntum.

### In tertio Nocturno.

**Antiphona.** Gaude María virgo, cunctas hæreses sola interemísti in univérso mundo, allelúia.

### Psalmus 95.

**C**antáte Dómino cánticum novum: \* cantáte Dómino omnis terra.

**C**antáte Dómino, & benedicite nómini ejus: \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

**A**nnuntiáte inter gentes glóriam ejus, \* in omnibus pópulis mirabília ejus.

**Q**uóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: \* terríbilis est super omnes deos.

**Q**uóniam omnes dii gentium doemonia: \* Dóminus autem coelos fecit.

**C**onfessio & pulchritúdo in conspéctu ejus, \* sancti-

timonia & magnificentia  
in sanctificatione ejus.

**A**fferre Domino patriæ  
gentium, afferre Domino  
gloriam & honorem: \*  
afferre Domino gloriam  
nomini ejus.

**T**ollite hostias, & intro-  
ite in atria ejus: \* adorâ-  
te Dominum in atrio san-  
cto ejus.

**C**ommoveatur à facie  
ejus universa terra: \* di-  
cite in gentibus quia Dô-  
minus regnavit.

**E**tenim correxit orbem  
terræ, qui non commo-  
vebitur: \* judicabit pò-  
pulos in æquitate.

**L**ætentur cæli, & exul-  
tet terra, commoveatur  
mare, & plenitudo ejus: \*  
gaudebunt campi, & om-  
nia quæ in eis sunt.

**T**unc exultabunt omnia  
ligna silvarum à facie Dô-  
mini, quia venit: \* quô-  
niam venit judicare ter-  
ram.

**J**udicabit orbem terræ  
in æquitate, \* & pò-

pulos in veritate sua.

**G**loria Patri.

**Psalmus 96.**

**D**ominus regnavit,  
exultet terra: \*  
lætentur insulæ multæ.

**N**ubes & caligo in circui-  
tu ejus: \* justitia & judi-  
cium correctio sedis ejus.

**I**gnis ante ipsum præcê-  
det: \* & inflammabit in  
circuito inimicos ejus.

**I**lluxerunt fûlgura ejus  
orbi terræ: \* vidit, &  
commota est terra.

**M**ontes sicut cera fluxé-  
runt à facie Domini: \* à  
facie Domini omnis terra.

**A**nnuntiaverunt cæli ju-  
stítiam ejus: \* & vidé-  
runt omnes pòpuli gló-  
riam ejus.

**C**onfundantur omnes qui  
adorant sculptília: \* & qui  
gloriantur in simulacris  
suis.

**A**dorate eum omnes An-  
geli ejus: \* audivit, &  
latata est Sion.

**E**t exultaverunt filiæ Ju-  
dæ:

G

dæ:

dæ: \* propter iudicia tua  
Dómine:

**Q**uóniam tu Dóminus al-  
tíssimus super omnem ter-  
ram: \* nimis exaltatus es  
super omnes deos.

**Q**ui diligitis Dóminum  
odíte malum: \* custódit  
Dóminus ánimas sanctô-  
rum suorum, de manu  
peccatoris liberábit eos.

**L**ux orta est justo: \* &  
rectis corde lætítia.

**L**ætámini iusti in Dómi-  
no: \* & confitémini memó-  
riæ sanctificatiónis ejus.

**G**lória Patri.

**Psalmus 97.**

**C**antáte Dómino cân-  
ticum novum: \*  
quía mirabília fecit.

**S**alvavit sibi dextera ejus:  
\* & bráchium sanctum  
ejus.

**N**otum fecit Dóminus sa-  
lutáre suum: \* in cons-  
péctu géntium revelávit  
justítiam suam.

**R**ecordatus est miseri-  
córdiæ suæ, \* & veritá-

tis suæ domui Israël.

**V**idérunt omnes términi  
terræ \* salutáre Dei nostri.

**J**ubiláte Deo omnis ter-  
ra: \* cantáte, & exultá-  
te, & psállite.

**P**sállite Dómino in cítha-  
ra, in cíthara & voce  
psalmi: \* in tubis ductí-  
libus, & voce tubæ cór-  
neæ.

**J**ubiláte in conspectu  
Regis Dómini: \* moveâ-  
tur mare & plenitúdo  
ejus, orbis terrarum, &  
qui hábitant in eo.

**F**lúmina plaudent manu,  
simul montes exultábunt  
à conspéctu Dómini, \*  
quóniam venit iudicáre  
terram.

**J**udicábit orbem terrá-  
rum in justítia: \* & pó-  
pulos in æquitáte.

**G**lória Patri.

**Añã.** Gaude Mariã vir-  
go, cunctas hæreses sola  
interemísti in univérso  
mundo, allelúia.

**ŷ.** Elêgit eam Deus, &  
præelêgit eam, allelúia.

**R.**

**R.** In tabernáculo suo habitare facit eam, allelúia. **P**ater noster. **Absolutio.** A vinculis. **ψ.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

**Lectio vii.** cap. 19.

**I**N illo tempore: Stabant juxta Crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus María Cleóphæ, & María Magdaléne. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*Tract. 119. in Joann.*

**H**Æc nimirum est illa hora, de qua Jesus, aquam conversurus in vinum, dixerat matri: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscesse moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina

facturus, non divinitatis, sed infirmitatis, matrem velut incognitam repellēbat. Nunc autem humana jam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano: moralis igitur insinuatur locus. Facit quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruxit præceptor bonus, ut à filiis piis impendatur cura parentibus: tamquam lignum illud ubi fixa erant membra morientis, etiam cathedra fuerit Magistri docentis.

**R.** Felix namque es sacra virgo María, & omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster, allelúia. **ψ.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercède pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam festivitatem. Quia ex te. **Benedictio.** Cujus

festum cōlimus, ipsa Virgo vīginum.

**Lectio viii.**

**E**X hac sana doctrīna didicerat Páulus Apóstolus, quod docēbat quando dicēbat: Si quis autem suis, & máximè domésticis non próvidet, fidem negávit, & est infidéli detérior. Quid autem tam cuique domésticum, quam paréntes fíliis, aut paréntibus fílii? Hujus itáque salubérrimi præcépti ipse Magíster sanctórum de se ipso constituēbat exémplum: quando non ut fámulæ Deus, quam creáverat, & regēbat, sed ut matri homo, de qua creátus fúerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodámmodo fílium providēbat.

**R.** Beátam me dicent omnes generatiónes: \* Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus, alle-

lúia. **ψ.** Et misericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. Quia fecit. **G**lória Patri. Quia.

**Nona lectio de Homilia Dominicæ, ut in fine hujus officii, pag. 56.**

**AD LAUDES,**

**& per Horas.**

**Antiphona.** Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitatís, allelúia. **Psalm.** Dóminus regnâvit, cum reliquis ut in officio S. Vincent. Mart. 30.

**Aña.** Læva ejus sub cápite meo, & dextera illius amplexábitur me, allelúia.

**Aña.** Nigra sum, sed formôsa, fíliæ Jerúsalem, ídeò diléxit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum, allelúia.

**Aña.** Jam hiems tránsiit, imber ábiit & recéssit; surge amíca mea, & veni, allelúia.

**Aña.** Speciôsa facta es & suâ-

suâvis in deliciis tuis, sancta Dei genitrix, allelúia.

**Capitulum.** *Eccli. 24.*

**A**B inítkio, & ante sæcula creâta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrâvi.

**Hymnus.**

**O** Gloriôsa Vírginum,  
Sublímis inter sídera;

Qui te creâvit, párvulum

Lacténte nutris úbere.

**Q**uod Heva tristis abstulit,

Tu reddis almo gérmine:

Intrent ut astra flébiles,

Cæli reclúdis cárdines.

**T**u Regis alti jánuâ,

Et aula lucis fúlgida:

Vitam datam per Vírginem

Gentes redéptæ pláudite.

**J**esu, tibi sit glória,

Qui natus es de Vírgine,

Cum Patre, & almo Spírítu,

In sempitérna sæcula.  
Amen.

**ÿ.** Diffusa est grátia in lábiis tuis, allelúia.

**R.** Proptéreâ benedíxit te Deus in ætérnum, allelúia.

**Ad Benedictus, Añã.**

Beâta es Mariã, quæ credidísti: perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Dómino, allelúia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui Beatíssimam Vírginem Mariã dulcíssimo título Matris Desertorum nos venerári tribuísti, ejusque intercessióne tantam grátiam conférre dignátus es, ut nullus ad ejus præsidium confúgiens fúerit derelíctus: concède nobis fámulis tuis; ut sub tantæ Matris protectióne constituti, núnquam à tua benignig-



nignitate deseramur. Per  
Dominum nostrum.

**Et fit commemoratio Do-  
minicæ in occurrentis, ut  
in fine hujus officii. p. 56.**

**Ad Primam in R. brevi,  
dicitur V. Qui natus es de  
María Virgine.**

**Ad Tertiam, Aña.**

Læva ejus. **Capitulum.**  
Ab initio.

**R. brev.** Spécie tua, &  
pulchritudine tua, \* Al-  
lelúia, allelúia. Spécie  
tua. **V.** Inténde, prospere  
procède, & regna. Al-  
lelúia, allelúia. **Gloria**  
Patri. Spécie tua.

**V.** Adjuvâbit eam Deus  
vultu suo, allelúia.

**R.** Deus in médio ejus,  
non commovébitur, alle-  
lúia.

**Ad Sextam, Aña.**

Nigra sum.

**Capitulum. Eccl. 24.**

**E**T sic in Sion firmâta  
sum, & in civitate

sanctificata similiter re-  
quievi, & in Jerúsalem  
potestas mea. Et radicavi  
in populo honorificato, &  
in parte Dei mei heredi-  
tas illius, & in plenitudine  
Sanctorum detentio mea.

**R.** Deo grátias.

**R. brev.** Adjuvâbit eam,  
Deus vultu suo, \* Alle-  
lúia, allelúia. Adjuvâbit.

**V.** Deus in medio ejus,  
non commovébitur. Alle-  
lúia, allelúia. **Gloria** Pa-  
tri. Adjuvâbit eam. **V.** Elé-  
git eam Deus, & præelé-  
git eam, allelúia. **R.** In  
tabernáculo suo habitare  
facit eam, allelúia.

**Ad Nonam, Aña.**

Speciosa.

**Capitulum. Eccl. 24.**

**I**N platéis sicut cinna-  
mómum, & balsamum  
aromatizans odorem de-  
di: quasi myrrha eléctâ  
dedi suavitatem odoris.

**R.** Deo grátias.

**R. brev.** Elégit eam Deus,  
&

& praelégit eam, \* Allelúia, allelúia. Elégit. *ψ*  
 In tabernáculo suo habitare facit eam. Allelúia, allelúia. **G**lória Patri. Elégit eam. *ψ*. Diffusa est grátia in lábiis tuis, allelúia. *℞*. Propterea benedixit te Deus in ætérnum, allelúia.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

*ψ*. Dignare me laudare te, Virgo sacrata, allelúia.  
*℞*. Da mihi virtutem contra hostes tuos, allelúia.

**Ad Magnificat, Añã.**

Beátam me dicent omnes generationes, quia ancillam húmitem respéxit Deus, allelúia.

**Oratio.** Deus, qui Beatissimam Virginem, ut supra. Et fit commemoratio Dominicæ occurrentis. pag. 56.

**Missa:** Salve sancta parens, ut in Missis votivis B. M. V. à Pascha, usque

ad Pentecosten, cum Glória, Credo, & commem. Dom. occur. de qua legitur Euang. in fine Mis. Præfat. de Sancta Maria: Et te in Festivitate.

Si festum B. Mariæ Virg. Desertorum occurrat in Dominica secunda post Pascha, ad Vesperas pro commemoratione Dominicæ Antiphona.

Ego sum pastor óvium: ego sum via, veritas, & vita: ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ, allelúia, allelúia.

*ψ*. Mane nobiscum Domine, allelúia.

*℞*. Quoniam advesperascit, allelúia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui in Filii tui humilitate, jacentem mundum erexisti, fidelibus tuis perpetuam concede lætítiam: ut quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudiis facias perfrui

frui sempiternis. Per eundem Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

*Lectio ix.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

*Cap. 20. b.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus Phariseis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papae.

*Homilia 14. in Evangelia.*

**A**udistis, fratres charissimi, ex lectione Evangelica eruditionem vestram: audistis & periculum nostrum. Ecce enim is, qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus. Atque ejusdem bonitatis formam, quam nos imitemur, adjungit dicens: Bonus pastor animam suam ponit

pro ovibus suis. Fecit quod monuit: ostendit quod jussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oves quas redemerat, carnis suae alimento satiaret.

**T**e Deum laudamus.

AD LAUDES.

*Pro commemoratione Dominicae Antiphona.*

Ego sum, *ut supra.*

*Y.* In resurrectione tua Christe, alleluia.

*R.* Coeli & terra laetentur, alleluia.

*Oratio.* Deus, qui in Filii tui, *ut supra.*

IN SECUNDIS

*Vesperis.*

*Añ.* Ego sum pastor bonus, qui pasco oves meas, & pro ovibus meis pono animam meam, alleluia.

*Y.* Mane nobiscum Domine, alleluia.

*R.*

## AD MATUTINUM.

℞. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Oratio. Deus, qui, ut supra.

Si venerit in Dominica tertia, ad Vesperas Antiphona.

Módicum, & non vidébitis me, dicit Dóminus: íterùm módicum, & vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelúia, allelúia.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

℞. Quóniam advesperáscit, allelúia.

## Oratio.

**D**Eus, qui errantibus, ut in viam possint redíre justítiae, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis qui Christiána professióne censéntur, & illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini, & ea quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum.

## Lectio ix.

Lectio sancti Euangélii secúndum Joánnem.

Cap. 16. b.

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Módicum, & jam non vidébitis me: & íterùm módicum, & vidébitis me: quia vado ad Patrem. Et réliqua.

Homilía sancti Augustíni Epíscopi.

Tractatu 101. in Joannem sub finem.

**M**ódicum est, hoc totum spátium, quo præsens pérvolat sæculum. Unde dicit idem ipse Euangelísta in Epístola sua: Novíssima hora est. Ideò namque áddidit: Quia vado ad Patrem: quod ad priórem senténtiam referéndum est, ubi ait: Módicum, & jam non vidébitis me; non ad posteriorem, ubi ait: Et íterùm módicum, &

H

vi-

vidébitis me. Eúndo quippe ad Patrem, factúrus erat ut eum non vidérent. Ac per hoc non ideò dictum est, quia fúerat moritúrus, & donec resúreret, ab eórum aspéctibus recessúrus: sed quod esset itúrus ad Patrem: quod fecit posteaquam resurréxit: & cum eis per quadraginta dies conversátus, ascendit in cælum. **T**e Deum laudámus.

## AD LAUDES.

**Añã.** Módicum, *ut supra.*

**ŷ.** In resurrectiõne, &c.

**R.** Coeli, & terra, &c.

**Oratio.** Deus, qui errántibus, *ut supra.*

## IN SECUNDIS

**Vesperis.**

**Añã.** Amen dico vobis, quia plorábitis & flébitis vos: mundus autem gaudébit, vos verò contristábimini: sed tristítia vestra

vertétur in gáudium, allelúia.

**ŷ.** Mane, &c.

**R.** Quóniam, &c.

**Oratio.** Deus, qui errántibus, *ut supra.*

**Si occurrat in Dominica quarta, Antiphona ad Vesperas.**

Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? Allelúia, allelúia.

**ŷ.** Mane nobiscum Dómine, allelúia.

**R.** Quóniam advesperáscit, allelúia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui fidelium mentes uníus éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amáre, quod præcipis, id desideráre, quod promíttis; ut inter mundanas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum nostrum.

AD

AD MATUTINUM.

Lectio ix.

Lectio sancti Euangelii  
secundum Joannem.

Cap. 16.

**I**N illo tempore: Dixit  
Jesus discipulis suis:  
Vado ad eum, qui misit  
me: & nemo ex vobis in-  
terrogat me, Quò vadis?  
Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

Tractatu 94. in Joannem.

**C**UM Dominus Jesus  
prædixisset discipu-  
lis suis persecutiões, quas  
passuri erant post ejus  
abscēssum, subjūnxit, at-  
que ait: Hæc autem vo-  
bis ab initio non dixi, quia  
vobiscum eram: nunc au-  
tem vado ad eum, qui  
me misit. Ubi primūm vi-  
dendum est, utrūm eis fu-  
tūras non prædixerit an-  
te passiões. Sed alii tres  
Euangelistæ satis eum præ-  
dixisse ista demonstrant,  
antequam ventum esset ad

coenam: qua peracta, se-  
cundum Joannem ista lo-  
cūtus est, ubi ait: Hæc  
autem vobis ab initio non  
dixi: quia vobiscum eram.  
**T**e Deum laudamus.

AD LAUDES.

**Añã.** Vado, *ut supra.*

**Ÿ.** In resurrectiōne, &c.

**℞.** Coeli, & terra, &c.

**Oratio.** Deus, qui Fidē-  
lium, *ut supra.*

IN SECUNDIS

Vesperis.

**Añã.** Vado ad eum, qui  
misit me: sed quia hæc  
locūtus sum vobis, tristī-  
tia implēvit cor vestrum,  
allelūia.

**Ÿ.** Mane nobiscum, &c.

**℞.** Quoniam, &c.

**Oratio.** Deus, qui fidē-  
lium, *ut supra.*

**Si venerit in Dominica  
quinta, ad Vesperas An-  
tiphona.**

Usque modó non petistis  
H 2 quid-

quidquam in nomine meo: pétite, & accipiétis, allelúia.

*ŷ.* Mane nobiscum Dómine, allelúia.

*R.* Quóniam advesperáscit, allelúia.

*Oratio.*

**D**Eus, à quo bona cuncta procedunt, largíre supplicibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt, & te gubernánte, eadem faciámus. Per Dóminum nostrum.

AD MATUTINUM.

*Lectio ix.*

Lectio sancti Euangélii secúndum Joánnem.

*Cap. 16. c.*

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis: si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vóbis. Et reliqua.

Homilía sancti Augustíni Epíscopi.

*Tractatu 102. in Joannem.*

**D**Omini verba nunc ista tractánda sunt: Amen, amen dico vobis: si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Jam dictum est in superioribus hujus Domínicí sermónis partibus, propter eos qui nonnulla petunt à Patre in Christi nómine, nec accipiunt, non peti in nómine Salvatôris, quidquid petitur contra ratiónem salutis. Non enim sonum litterarum, ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat: & quod eo sono recté ac veráciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere, cum dicit: In nómine meo.

**T**e Deum laudámus.

AD LAUDES.

*Añã.* Usque modo, *ut supra.*

*ŷ.* In resurrectiône, &c.

*R.* Coeli, & terra, &c.

*Oratio.* Deus, à quo bona, *ut supra.*

IN

IN SECUNDIS

## Vesperis.

*Añã.* Pétite , & accipiê-  
tis , ut gáudium vestrum  
sit plenum : ipse enim  
Pater amat vos , quia vos  
me amástis , & credidís-  
tis , allelúia.

*ŷ.* Mane nobíscum , &c.

*ŷ.* Quóniam , &c.

*Oratio.* Deus , à quo bo-  
na , *ut supra.*

*Si occurrat in Dominica  
infra octavam Ascensio-  
nis , ad Vesperas Anti-  
phona.*

Cùm vénerit Paráclitus,  
quem ego mittam vobis  
spiritum veritátis , qui à  
Patre procêdit , ille tes-  
timónium perhibêbit de  
me , allelúia.

*ŷ.* Dóminus in coelo , al-  
lelúia.

*ŷ.* Parâvit sedem suam,  
allelúia.

*Oratio.*

**O**Mnípotens sempitér-  
ne Deus fac nos ti-

bi semper , & devôtam gê-  
rere voluntâtem , & ma-  
jestâti tuæ sincéro corde  
servîre. Per Dóminum  
nostrum Jesum Christum  
Filiû tuum : Qui te-  
cum vivit & regnat.

*Et fit commem. Ascens.  
extra Civitat. Antiphona.*

O Rex glóriæ , Dómine  
virtûtum , qui triumphâ-  
tor hódie super omnes  
coelos ascendísti , ne de-  
relínquas nos órphanos:  
sed mitte promíssum Pa-  
tris in nos , Spíritum ve-  
ritâtis , allelúia.

*ŷ.* Ascéndit Deus in ju-  
bilatione , allelúia.

*ŷ.* Et Dóminus in voce  
tubæ , allelúia.

*Oratio.*

**C**oncède quæsumus  
omnípotens Deus:  
ut qui hodiérna die Uni-  
génitum tuum Redemp-  
torem nostrum ad coe-  
los ascendisse crédimus,  
ipsi quoque mente in coe-  
lés-



lestibus habitemus. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit & regnat.

## AD MATUTINUM.

## Lectio ix.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Cap. 15. d.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit : ille testimonium perhibebit de me. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tractatu 92. in Joannem.

**D**ominus Jesus, in sermone, quem locutus est discipulis suis post coenam, proximus passioni, tamquam iturus, & relicturus eos presentia corporali, cum omnibus autem suis usque in

consummationem sæculi futurus presentia spiritali, exhortatus est eos ad perferendas persecutiones impiorum, quos mundi nomine nuncupavit : ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit, ut scirent se Dei gratia esse, quod sunt : suis autem vitiis fuisse, quod fuerunt.

**T**e Deum laudamus.

## AD LAUDES.

**Añã.** Cum venerit, ut supra.

**ʒ.** Dominus in coelo, allelúia.

**ʒ.** Paravit sedem suam, allelúia.

**Oratio.** Omnipotens, ut supra.

**Et fit commemor. Ascens. extra Civitat. Antiphona.**

Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, allelúia.

**ʒ.** Ascendit Deus in jubilatione, allelúia.

**ʒ.**

*R.* Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

*Oratio.* Concède quæsumus, ut supra.

## IN SECUNDIS

## Vesperis.

*Añã.* Hæc locútus sum vobis, ut cùm vénerit hora eórum reminiscámini quia ego dixi vobis, allelúia.

*ŷ.* Dóminus, &c.

*R.* Parâvit, &c.

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus, ut supra.

*Et fit commem. de Ascens. extra Civitat. Antiphona.*

O Rex glóriæ, ut supra.

*ŷ.* Ascéndit Deus, &c.

*R.* Et Dóminus, &c.

*Oratio.* Concède quæsumus, ut supra.

*Si tandem occurrat in Dominica Pentecostes, officium B. Mariæ transferatur in primam diem non impeditam post festum*

*Sanctissimæ Trinitatis; & tunc ex Antiphonis, versiculis, responsoriis, & Missa tollitur Allelúia: & Lectio viii. dividitur ab illis verbis: Hujus itaque. In Nocturnis autem addantur Antiphonæ sequentes.*

*In primo Nocturno, secunda Antiphona.*

Sicut myrrha elécta odorem dedísti suavitátis sancta Dei génitrix. *Psalm.* Coeli enarrant.

*Añã tertia.* Ante torum hujus vírginis frequentâte nobis dúlcia cántica drámatis. *Psalm.* Dómini est terra.

*In secundo Nocturno, secunda Antiphona.* Adjuvâbit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus non commovébitur.

*Psalm.* Deus noster refúgium.

*Tertia Antiphona.* Sicut lætántium ómnium nostrúm habitátio est in te, sancta Dei génitrix.

*Psalm.*

**Psalm.** Fundaménta ejus.

**In tertio Nocturno, se-**  
**cunda Antiphona.** Dig-  
nâre me laudâre te virgo  
sacrâta, da mihi virtû-  
tem contra hostes tuos.

**Psalm.** Dóminus regnâ-  
vit, exúltet terra.

**Aña tertia.** Post partum  
virgo inviolâta permansi-  
sti; Dei génitrix intercê-  
de pro nobis. **Psalm.** Can-  
tâte Dómino cánticum no-  
vum, quia mirabilia.

### DIE XVII. MAII.

**In festo S. Paschalis Bay-**  
**lon Conf. dup. 2. c. in**  
**Dioec. Valent.**

**In primo Noct. Lect.** Ju-  
stus si morte, reliq. ut in  
**Breviar. in propr. Ss. Hisp.**

### DOMINICA III. POST

Pentecost.

**In festo Patrocinii Sancti**  
**Joseph Confessoris, Spon-**  
**si B. V. M. duplex 2. clas.**  
**pro Civitate, & toto**  
**Regno Valentino.**

### AD VESPERAS.

**Aña.** Jacob autem, cum  
**reliquis de Laudib. Psalm.**  
**Dixit Dóminus, cum re-**  
**liquis ut in primis Ves-**  
**peris S. Vincentii Mart. 7.**

**Capitul. Genes. 49. n. 26.**

**B**enedictiões patris  
tui confortatæ sunt  
benedictiõibus patrum  
ejus; donec veníret desi-  
derium cóllium æternõ-  
rum. Fiant in cápite Jó-  
seph, & in vértice Naza-  
ræi inter fratres suos.

### Hymnus.

**T**E Jóseph, célebrent  
ágmína cælitum,  
Te cuncti résonent  
Christiádum chori,  
Qui clarus méritis,  
junctus es ínclytæ  
Casto foedere Virgini.

**A**lmo cùm túmidam  
gérmine conjugem  
Admírans, dúbio tán-  
geris ánxius,  
Affiátu superi Fláminis  
Angelus

Con-

Concéptum púerum  
docet.

**T**u natum Dóminum  
stringis ad éxteras  
Ægypti prófugum tu  
sequeris plagas;

Amíssum Sólymis quæ-  
ris, & ínvenis

Miscens gáudia flétibus.

**P**ost mortem réliquos  
mors pia cónsecrat,  
Palmanque eméritos  
glória súscipit:

Tu vivens, Súperis  
par, frúeris Deo,  
Mira sorte beátior.

**N**obis, summa Trias,  
parce precántibus;

Da Jóseph méritis sí-  
dera scándere:

Ut tandem líceat, nos  
tibi pérpetim

Gratum prómere cán-  
ticum. Amen.

✠. Constituit eum dómi-  
num domus suæ.

✠. Et príncipem omnis  
possessiõnis suæ.

**Ad Magnificat, Aña.**

Cùm esset desponsâta Ma-

ter Jesu Mariâ Jóseph,  
ántequàm convenírent, in-  
vénta est in útero habens  
de Spíritu Sancto.

**Oratio.**

**D**Eus, qui ineffábili  
providéntia, beá-  
tum Jóseph Sanctíssimæ  
Genitrícis tuæ Sponsum  
elígere dignâtus es: præ-  
sta quæsumus; ut quem  
Protectôrem venerâmur  
in terris intercessôrem ha-  
bére mereâmur in cælis.  
Qui vivis, & regnas.

**Deinde fit commemora-  
tio Dominicæ.**

Cognovérunt omnes à  
Dan usque Bersabée, quod  
fidélis Sámuel prophêta  
esset Dómini.

✠. Vespertína oratio as-  
céndat ad te Dómine.

✠. Et descéndat super nos  
misericórdia tua.

**Oratio.**

**P**rotéctor in te spe-  
rántium Deus, sine  
I quo

quo nihil est vâlidum, nihil sanctum : multiplicata super nos misericordiam tuam, ut te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Per Dóminum nostrum.

## AD MATUTINUM,

### Invitatorium.

**L**audemus Deum nostrum : \* In veneratióne beati Joséph protectóris nostri. **Psalm.** Venite exultemus, ut in officio S. Vincent. Mart. 12. **Hymnus.** Te Joséph, sicut in Vesperis.

### In primo Nocturno.

**Aña.** Ascéndit Joséph à Galilæa, de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Mariâ.

**Psalm.** Beatus vir, cum reliquis, ut in festo S. Vincentii Ferrarii. 3.

**Aña.** Venérunt Pastóres festinantes, & invenérunt Mariam, & Joséph, & Infántem pòsitum in præsepio. **Psalm.** Quare fremuérunt.

**Aña.** Angelus Dómini apparuit in somnis Joséph, dicens : Surge, & accipe Púerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi.

**Psalm.** Dómine quid multiplicati.

**ÿ.** Confitêbor nómini tuo.

**ry.** Quóniam adjutor, & protector factus es mihi.

De Libro Génesis.

**Lectio i. c.39. n.1.**

**I**gitur Joséph ductus est in Ægyptum, emittique eum Pútiphar eunuchus Pharaónis, Princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitârum : à quibus perductus erat. Fuitque Dóminus cum eo, & erat vir in cunctis piós-

prósperè agens : habitâvit-  
que in domo dóm̄ini sui;  
qui óptimè nóverat Dómi-  
num esse cum eo , & om-  
nia quæ géreret , ab eo dí-  
rigi in manu illíus. Inve-  
nítque Jóseph grátiam co-  
ram dóm̄ino suo , & mini-  
strâbat ei , à quo præpósi-  
tus ómnibus gubernâbat  
créditam sibi domum , &  
univérſa , quæ ei trádita  
fúerant: benedixítque Dó-  
minus domui Ægyptii  
propter Jóseph , & mul-  
tiplicâvit tam in ædibus,  
quàm in agris cunctam  
ejus substántiam : nec  
quidquam áliud nóverat,  
nisi panem , quo vescebâ-  
tur. Erat autem Jóseph  
pulchra facie , & decórus  
aspéctu.

**R.** Clamâvit pópulus ad  
Regem , aliménta petens:  
**\*** Quibus ille respóndit:  
Ite ad Jóseph. **ψ.** Salus  
nostra in manu tua est;  
réspice nos tantum, & læ-  
ti serviémus Regi. Qui-  
bus ille.

**Lectio ii. c. 41. n. 37.**

**P**Lácuít Pharaóni con-  
siliium , & cunctis  
Minístris ejus ; locutús-  
que est ad eos : Num in-  
veníre potérinus talem  
virum , qui spírítu Dei  
plenus sit ? Dixit ergo ad  
Jóseph : Quia osténdit ti-  
bi Deus ómnia , quæ locú-  
tus es ; numquid sapien-  
tiórem , & consimilem tui  
inveníre pótero ? Tu eris  
super domum meam , &  
ad tui oris impérium cun-  
ctus pópulus obédiet: Uno  
tantum Regni sólio te  
præcédam. Dixítque rur-  
sus Phárao ad Jóseph:  
Ecce , constitui te super  
univérſam terram Ægyp-  
ti. Tulítque ánnulum de  
manu sua , & dedit eum  
in manu ejus ; vestivítque  
eum stola byssina , & col-  
lo tórquem áuream cir-  
cumpósuit. Fecitque eum  
ascéndere super currum  
suum secúndum , clamán-  
te præcône , ut omnes

coram eo genuflécterent, & præpósitum esse scient univérsæ terræ Ægypti.

*R.* Fecit me Deus quasi patrem Regis, & dómimum univérsæ domus ejus:

\* Exaltâvit me, ut salvos fáceret multos pópulos. *ψ.* Veníte ad me, & ego dabo vobis ómnia bona Ægypti, ut comedâtis medullam terræ. Exaltâvit me.

*Lectio iii. c. 41. n. 44.*

**D**ixit quoque Rex ad Jóseph: Ego sum Phárao: Absque tuo império non movêbit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. Vertítque nomen ejus, & vocâvit eum lingua Ægyptíaca, Salvatórem mundi. Deditque illi uxórem Asenéth filiam Putíphare Sacerdótis Helio-póleos. Egréssus est itaque Jóseph ad terram Ægypti (triginta autem an-

nórum erat, quando stetit in conspéctu Regis Pharaónis) & circuívit omnes regiônes Ægypti. Venítque fertílitatis septem annórum; & in manípulos redáctæ segetes congregátæ sunt in hórrea Ægypti. Omnis étiam frugum abundántia in singulis úrbibus cóndita est. Tántaque fuit abundántia trítici, ut arénæ maris coæquarêtur, & cópia mensuram excêderet.

*R.* Jam lætus móriar, quia vidi fáciem tuam, & supérstitem te relínquo. Non sum fraudátus aspéctu tuo: \* Insuper osténdit mihi Dóminus semen tuum. *ψ.* Qui pascit me ab adolescéntia mea, benedícat púeris istis; & invocétur super eos nomen meum. Insuper. **G**lória Patri. Insuper.

*In secundo Nocturno.*

*Añã.* Consúrgens Jóseph, accêpit Púerum, & Matrem

trem ejus nocte, & secessit in Ægyptum, & erat ibi usque ad obitum Herôdis.

**Psalm.** Cum invocârem.

**Añã.** Angelus Dómini apparuit in somnis Jóseph, dicens: Surge, & accipe Púerum, & Matrem ejus, & vade in terram Israël: defúnti sunt enim, qui quærébant ánimam Púeri.

**Psalm.** Verba mea.

**Añã.** Consúrgens Joseph, accêpit Púerum, & Matrem ejus, & venit in terram Israël; & habitâvit in civitâte, quæ vocâtur Názareth.

**Psalm.** Dómine, Dóminus noster.

**ꝯ.** Réspice de cælo, & vide, & vísita vîneam istam.

**ꝰ.** Et pérfice eam.

Sermo S. Bernardíni  
Senênsis.

Serm. I. de S. Joseph.  
In proœmio.

### Lectio iv.

**O**Mnium singulárium gratiârum alicui rationábili creatúre communicatârum, generális régula est, quòd quandocúmque divína grátia éligit áliquem ad áliquam grátiam singulárem, seu ad áliquem sublîmen statum: omnia charísmata donat, quæ illi persónæ sic eléctæ, & ejus officio necessária sunt, atque illam copiósè décorant. Quod máximè verificátum est in sancto Jóseph, putatívo Patre Dómini nostri Jesu Christi, & vero Sponso Regínæ mundi, & Dóminæ Angelôrum, qui ab ætérno Patre eléctus est fidélis Nutrítius, atque Custos principálium thesaurôrum suôrum, scílicet Fílii ejus, & Sponsæ suæ, quod officium fidelíssimè prosecútus est: Cui propterea Dóminus ait: Serve bone,



ne , & fidêlis intra in  
gâudium Dómini tui.

*R.* Dedisti mihi prote-  
ctiônem salútis tuæ , &  
dêxtera tua suscêpit me:

\* Protéctor meus , &  
cornu salútis meæ , & sus-  
céptor meus. *ψ.* Ego Pro-  
téctor tuus sum , & mer-  
ces tua magna nimis.  
Protéctor.

*Lectio v. Art. 2. c. 3.*

**S**I côm pares eum ad  
totam Ecclésiâ  
Christi: Nonne iste est  
homo eléctus , & speciâ-  
lis , per quem , & sub quo  
Christus est ordinatè , &  
honéstè introdúctus in  
mundum? Si ergo Vír-  
gini Matri tota Ecclésiâ  
sancta débitrix est , quia  
per eam Christum susci-  
pere digna facta est : Sic  
profectò post eam huic  
debet grâtiâ & reverên-  
tiam singulârem. Ipse  
enim est clavis véteris  
Testaménti , in qua Pa-  
triarchâlis , & Prophetâ-

lis dignitas promissum con-  
séquitur fructum. Por-  
rò hic est solus , qui cor-  
poráliter possédit , quod  
eis divína dignâtio repro-  
mîsit. Méritò igitur fi-  
gurâtur per illum Patriar-  
cham Jóseph , qui pópu-  
lis fruménta servávit. Sed  
& hic illum præcéllit,  
quia non solum Ægyptiis  
panem corporális vitæ,  
sed omnibus eléctis pa-  
nem de cælo , qui cælé-  
stem vitam tribuit , cum  
multa solértia enutrîvit.

*R.* Státuet filios suos sub  
tégmine illius , & subra-  
mis ejus morábitur , pro-  
tegêtur sub tégmine illius  
à fervôre : \* Et in glória  
ejus requiêscet. *ψ.* Spe-  
râte in eo omnis congre-  
gatio pópuli , effúndite  
coram illo corda vestra.  
Et in glória.

*Lectio vi. Art. 3.*

**P**roféccto dubitândum  
non est , quod Chri-  
stus familiaritâtem , re-  
ve-

verentiam, atque sublimissimam dignitatem, quam sibi exhibuit, dum agebat in humanis, tamquam filius patri suo; in caelis utique non negavit, quin potius complevit, & consummavit. Unde non immerito in verbo proposito à Domino subinfertur: Intra in gaudium Domini tui. Unde licet gaudium aeternae beatitudinis in cor hominis intret, maluit tamen Dominus ei dicere: Intra in gaudium: ut mysticè innuatur, quod gaudium illud non solum in eo est intrà, sed undique illum circumdans, & absorbens, & ipsum velut abyssus infinita submergens. Meménto igitur nostri, beate Joséph, & tuæ orationis suffragio apud tuum putativum Filium intercède, sed & Beatissimam Virginem Sponsam tuam nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Pa-

tre, & Spiritu Sancto vivit & regnat per infinita saecula saeculorum. Amen.

**R.** Si consistant adversus me castra, non timebit cor meum: \* Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo. **ψ.** In te cantatio mea semper, quoniam tu adjutor fortis. Si exurgat. **G**loria Patri. Si exurgat.

### In tertio Nocturno.

**Añã.** Audiens Joséph, quod Archelâus regnaret in Judæa, pro Herode patre suo, tímuit illó ire.

**Psalm.** Domine, quis habitabit. pag. 24.

**Añã.** Admonitus in somnis Joséph, secéssit in partes Galilææ: & veniens habitavit in civitate, quæ vocâtur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.

**Psalm.** Domine in virtute tua. pag. 25.

**Añã.**

**Añã.** Erat Pater Jesu,  
& Mater mirantes super  
his, quæ dicebantur de  
illo; & benedixit illis  
Simeon.

**Psalm.** Dómini est terra.  
pag. 13.

**✠.** Invocávi Dóminum  
Patrem Dómini mei.

**℞.** Ut non derelinquat me  
in die tribulatiónis.

Lectio sancti Euangélii  
secúndum Lucam.

**Lectio vii. cap. 3.**

**I**N illo témpore : Fa-  
ctum est autem, cum  
baptizaretur omnis pópu-  
lus, & Jesu baptizato, &  
orante apértum est cæ-  
lum. Et reliqua.

Homilía sancti Augustíni  
Epíscopi.

*Lib. 2. de Consens. Euang.*  
*Cap. 1. & 3.*

**M**Anifestum est il-  
lud, quod ait : Ut  
putabatur filius Joséph:  
Propter illos dixisse, qui  
eum ex Joséph, sicut alii

hómínes nascúntur, na-  
tum arbitrántur. Quos au-  
tem movet, quod álios  
progenitóres Matthæus  
enúmerat descéndens à  
David usque ad Joséph;  
álios autem Lucas ascén-  
dens à Joséph usque ad  
David. Fácile est, ut  
advertant, duos patres  
habère potuísse Joséph;  
unum à quo génitus, al-  
terum à quo fúerat adop-  
tátus. Antíqua est enim  
consuetúdo adoptánda  
étiam in illo pópulo Dei,  
ut sibi filios fácerent, quos  
non ipsi genuísset. Un-  
de intelligitur Lucas pa-  
trem Joséph, non à quo  
génitus, sed à quo fúerat  
adoptátus, suscepísse in  
Euangélio suo, cujus pro-  
genitóres sursum versús  
commémorat, donec ex-  
íret ad David.

**℞.** Joséph fili David, no-  
li timère accípere Mariám  
cónjugem tuam : quod  
enim in ea natum est, de  
Spíritu Sancto est ; pá-  
riet

riet autem filium : \* Et vocabis nomen ejus Jesum. †. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Et vocabis.

### Lectio viii.

**C**UM enim necesse sit, utroque Evangelista vera narrante, & Matthæo scilicet, & Luca, ut unus eorum ejus patris originem teneret, qui genuerat; alter ejus, qui adoptaverat Joseph; quem probabilius intelligimus adoptantis originem tenuisse, quam eum, quo voluit Joseph genitum dicere ab illo, cujus eum filium esse narrabat? Matthæus autem dicens: Abraham genuit Isaac: Isaac genuit Jacob: Atque ita in hoc verbo, quod est, genuit, perseverans, donec in ultimo diceret: Jacob autem genuit Joseph: Satis expressit, ad eum patrem se perduxisse ori-

ginem generantium, à quo Joseph non adoptatus, sed genitus erat. Quamquam si etiam Lucas genitum diceret Joseph ab Heli, nec sic nos hoc verbum perturbare debet, ut aliud crederemus, quam ab uno Evangelista gignentem, ab altero adoptantem patrem fuisse commemoratum. Neque enim absurdè quisque dicitur non carne, sed charitate genuisse, quem filium sibi adoptaverit. At verò etiam nos, quibus dedit Deus potestatem filios ejus fieri, de natura, atque substantia sua non nos genuit, sicut unicum Filium: sed utique dilectione adoptavit. †. Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum: \* Et esto ibi usque dum dicam tibi. †. Ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto voca-

vi filium meum. Et esto.

**G**loria Patri. Et esto.

**L**ectio sancti Euangelii  
secundum Lucam.

*Lectio ix. cap. 15.*

**I**N illo tempore: Erant  
appropinquantes ad  
Jesum Publicani & pec-  
catores, ut audirent il-  
lum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii  
Papae.

*Homilia 34. in Euangelia,  
post initium.*

**A**udistis in lectione  
Euangelica, fratres  
mei, quia peccatores & pu-  
blicani accesserunt ad Re-  
demptorem nostrum: &  
non solum ad colloquen-  
dum, sed etiam ad con-  
vescendum recepti sunt.  
Quod videntes Pharisaei  
dedignati sunt. Ex qua re  
colligite, quia vera justitia  
compassionem habet,  
falsa justitia dedignati-

nem: quamvis & justis so-  
leant recte peccatoribus  
dedignari. Sed aliud est  
quod agitur typo super-  
biae, aliud quod zelo  
disciplinae.

**T**e Deum laudamus.

**A D L A U D E S,**

*& per Horas.*

**Antiphona.** Jacob autem  
genuit Joseph, virum  
Mariae, de qua natus est  
Jesus, qui vocatur Chri-  
stus.

**Psalm.** Dominus regna-  
vit, cum reliquis, ut in  
officio S. Vinc. Mart. 30.

**Añã.** Missus est Angelus  
Gabriel à Deo in civita-  
tem Galilaeae, cui nomen  
Nazareth, ad Virginem  
desponsatam viro, cui  
nomen erat Joseph.

**Añã.** Ascendit autem Jo-  
seph à Galilaea de civita-  
te Nazareth, in Judaeam  
in civitatem David, quae  
vocatur Bethlehem.

**Añã.** Et venerunt festi-  
nans-

nantes, & invenérunt Mariam, & Józeph, & Infántem pósito in præsépio.

*Añã.* Et ipse Jesus erat incípiens quasi annórum triginta, ut putabátur fílius Józeph.

*Capitul.* Genes. 49. n. 26.

**B**enedictiões patris tui confortátæ sunt benedictiõibus patrum ejus; donec veníret desiderium cóllium æternórum: Fiant in cápite Józeph, & in vértice Nazarái inter fratres suos.

*Hymnus.*

**C**ælitum Józeph decus, atque nostræ  
Certa spes vitæ, columénque mundi,  
Quas tibi læti cānimus  
benígnus  
Súscipe laudes.

**T**e Sator rerum státuit  
pudicæ  
Víriginis Sponsum,  
voluitque Verbi

Te Patrem dici, dedit  
& minístrum  
Esse salútis.

**T**u Redemptórem stábulolo jacéntem,  
Quem chorus Vatum  
cécinít futúrum,  
Aspicias gaudens, humilísque natum  
Numen adóras.

**R**ex Deus Regum, dominátor orbis,  
Cujus ad nutum tremít inferórum  
Turba, cui pronus famulátur Æther,  
Se tibi subdit.

**L**aus sit excélsæ Tríadi  
perénis,  
Quæ tibi præbens súperos honóres,  
Det tuis nobis méritis  
beátæ

Gáudia vitæ. Amen.

*ʒ.* Dedísti mihi protectiõnem salútis tuæ.

*ʒ.* Et déxtera tua suscêpit me.

*Ad Benedictus. Añã.*

Józeph fili David, noli  
ti-

timere accipere Mariam  
conjugem tuam ; quod  
enim in ea natum est,  
de Spiritu Sancto est.

*Oratio.*

**D**Eus, qui ineffabili  
providentia, bea-  
tum Joseph, Sanctissimæ  
Genitricis tuæ Sponsum  
eligere dignatus es : præ-  
sta quæsumus ; ut quem  
Protectorem veneramur  
in terris, intercessorem  
habere mereamur in cæ-  
lis. Qui vivis, & regnas.

*Deinde fit commemoratio  
Dominicæ.*

Quis ex vobis homo, qui  
habet centum oves, & si  
perdiderit unam ex illis,  
nonne dimittit nonaginta  
novem in deserto, & va-  
dit ad illam quæ perierat,  
donec inveniat eam? allel.

✠. Dominus regnavit, de-  
corem induit.

✠. Induit Dominus forti-  
tudinem, & præcinxit se  
virtute.

*Oratio.*

**P**rotector in te spe-  
rantium Deus, sine  
quo nihil est validum, ni-  
hil sanctum : multiplica  
super nos misericordiam  
tuam, ut te rectore, te  
duce, sic transeamus per  
bona temporalia, ut non  
amittamus æterna. Per  
Dominum nostrum Je-  
sum Christum.

*Ad Tertiam, Añã.*

Missus est. *Capitulum.*  
Benedictiones patris tui.  
✠. brev. Constituit eum \*  
Dominum domus suæ.  
Constituit eum.

✠. Et Principem omnis  
possessionis suæ. Domi-  
num domus suæ. *Gloria*  
Patri. Constituit.

✠. Confitêbor nòmini tuo.

✠. Quoniam adjutor, &  
Protector factus es mihi.

*Ad Sextam, Añã.*

Ascendit autem.

Ca-

Capitul. Gen. 49. n. 25.

**D**Eus patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper.

*R. breve.* Confitebor \* nōmini tuo. Confitebor.

*Y.* Quoniam adjutor, & Protector factus es mihi. Nōmini tuo. Glōria Patri. Confitebor.

*Y.* Justus germinabit sicut liliū.

*R.* Et florēbit in ætēnum ante Dōminum.

Ad Nonam, Añā.

Et ipse Jesus.

Capitul. Gen. 49. n. 22.

**F**ilius accrescens Joseph, filius accrescens, & decōrus aspectu: Filia discurrerunt super murum.

*R. breve.* Justus germi-

nabit \* Sicut liliū. Justus germinabit.

*Y.* Et florēbit in ætēnum ante Dōminum. Sicut liliū. Glōria Patri. Justus.

*Y.* Plantatus in domo Dōmini.

*R.* In atriis domus Dei nostri.

In secundis Vesperis omnia ut in primis, exceptis sequentibus.

*Y.* Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi.

*R.* Et fructus ejus dulcis gutturi meo.

Ad Magnificat, Añā.

Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.

Oratio. Deus, qui infabili. *ut supra.*

Deinde fit commemoratio Dominicæ.

L

Quæ



Quæ mûlier habens drachmas decem , & si perdiderit drachmam unam , nõne accendit lucernam , & evêrrit domum , & quærit diligenter donec inveniat ?

*ÿ.* Dirigatur Dõmine oratio mea.

*ÿ.* Sicut incensum in conspectu tuo.

*Oratio.* **P**rotector in te sperantium Deus. *ut supr.*